



Dissertatio de poetica Platonicae philosophiae natura praesertim in amoris expositione conspicua

<https://hdl.handle.net/1874/288752>

III

DISSE

DISSERTATIO

DE
POETICA PLATONICAE PHILOSOPHIAE NATURA;
PRAESERTIM IN AMORIS EXPOSITIONE
CONSPICUA

QUAM
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JACOBI ANTONII FRUIN,

IURIS ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.,

AMPLISSIMIQUE SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE
ET LITERARUM HUMANIORUM DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISSQUE IN
PHILOSOPHIA THEORETICA ET LITTERIS HUMANIORIBUS
HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

in Academia Rheno-Traiectina,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

ADAMUS HENRICUS RAABE,
Neomagensis.

A. D. XVII M. MARTII A. MDCCCLXVI, HORA III.

Roterodami,

EX. OFF. E. H. TASSEMEIJERI.

MDCCCLXVI.



АЛТАИ. БАЛЫКСОЛОН. ЗАДНОТАЕ. АЛТЫНОС.

ЗАДНОТАЕ. АЛТАЙ. КИТАЙСКАЯ АЛТАЙСКАЯ

ЗАДНОТАЕ. АЛТАЙСКАЯ АЛТАЙСКАЯ

VIRO MAXIME VENERANDO

NICOLAO BEETS,

LITT. HUM. ET THEOL. DOCT. PHIL. THEOR. MAG.

ET

MEMORIAE

VIRI EXCELLENTISSIMI

IUSTINI IACOBI LEONARDI VAN DER BRUGGHEN,

UTR. IUR. DOCT.

S A C R U M.

1940. 10. 10.

1940. 10. 10.

1940. 10. 10.

1940. 10. 10.

1940. 10. 10.

1940. 10. 10.

P R A E F A T I O.

Aetate proiectiore, quam qua fieri solet, quum linguis classicis operam dari coepi, multa sane persequenda mihi proposui, nihil tamen majore cupiditate assequi cupivi, quam cognitionem illorum operum, quibus philosophi antiqui immortalitatem sibi adepti sunt. A primis fere cunabilis veneratione religionis imbutus, in summo habui honore viros illos praestantissimos, Socratem et Platonem, quibuscum, ut reformatorem Zwinglium exclamasse mihi narraverant¹⁾ accubituri sumus in coelestibus locis. Quac puer de hac sententia cogitavi, non huius temporis est memorare. Satis sit

1) Saepius hunc locum quaesivi in Zwinglii operibus, nunquam inveni Sed vide, quantopere Socrates laudatus sit a patribus ecclesiae, v. c. a JUSTINO, qui eo usque progressus est, ut dicat Socratem fuisse Christianum; eumque Christum partim sane cognovisse, Apol. I, 5; II, 8; I, 46; II, 10; et hoc Erasmi nescio ubi legi: „Proinde quum huiusmodi quaedam lego de talibus viris, vix mihi temporo, quim dicam: Sancte Soerates, ora pro nobis!“

confiteri me his verbis tactum, in dies magis exspectasse tempus, quo in eo forem, ut tantorum virorum opera legere, immo gustare possem; et vix sententiam Graece scriptam, summis usus viribus, intelligere potui, quum *Rerum publicarum*, ut opus maxime laudatum, non legere, sed tamquam litteras in syllabas colligere conatus sum. Quantum voluptatis horae, quas cum Platone degerim, mihi, scriptorem sublimem sensim magis magisque percipienti, attulerint, ingratus essem si narrare vellem, nam voluptas fuit immensa. Et quum tempus venit, quo mihi argumentum quaestionis eligendum fuit, mirumne me non dubitare, quin partem e Platonis philosophia sumpturus essem? — Elegi Platonis de Amore doctrinam, ut partem unam omnium, quae me maxime attraxit, eamque tractavi pro virili parte, non autem ita ut voluissem. Multis occupationibus, multisque curis prohibitus sum, quominus annos huic studio dederim, et id, quod mihi proposueram, plane efficere potuerim. Do quae habeo. Et Plato si opusculum hoc legeret, multa sc̄ non digna inveniret, dictionemque prorsus non platonicam damnaret, sed conatum ignoscere mihi, discipulo non ingrato, quem vires expositionis, non vero plane sensus τοῦ καλουνάγαθοῦ defecerunt. Et tu, lector, noli magistro nostro esse severior!

Pium officium mihi restat, ut Vestri grato animo meminerim, viri doctissimi BEETS et VAN DER

BRUGGHEN. Secundum Deum vobis debo, me voluptatem, de qua supra dixi, gustavisse. Tu **VAN DEE BRUGGHEN**, ab arte illiberali ad liberalium disciplinarum studium me vocasti, Tu disciplinarum principia bene me doceri curasti, et sermonibus Tuis non parum contribuisti ad classicorum amorem excitandum et augendum; Tu Platonis admirator, saepius expositionibus Tuis lucem sententias mihi minus perspicuis attulisti. Semper mihi favisti, et nisi mors te abstulerit, hunc libellum non cursim modo transires, sed studiose perlegeres, eo animo ut mihi annotationibus Tuis prodesses, me meliora edoceres. Mecum te desiderant multi, nihil Tu desideras. Omnia habes, et ut Platonica imagine utar, alis animi tui adultis et explicatis, ad ipsius veri ac boni ac pulchri spectationem cognitionemque venisti; eum una cum Platone intucris, qui Platonico maioris sublimiorisque amoris nobis est magister.

Si multa benefactori illi praestantissimo debo, non minus, quam ei, Tibi devinctus sum, quam plurime venerande vir **BWTS**. Biennii, quod liberorum Tuorum magister, domi Tuae degi non fieri potest ut obliturus sim. Tu me docuisti pulchrum non sciri modo sed etiam sentiri oportere. Lectinibus, ¹⁾) admonitionibus Tuis, immo singulis ver-

1) Voorlezingen in den huiselijken kring.

bis saepe magis mihi profuisti, quam libri saepius repetiti. Pulchritudinem si sentio, si sapio, Tibi debo. Et etiam postquam Tuo contubernio frui desii, semper mihi aditus ad Te patuit, ut omnibus de rebus Te consulerem. Semper res meae Tibi cordi fuerunt. Ob tot Tua in me egregia merita, Tibi hic publice gratias ago: ut erga me in hoc mente perseveres iterum, iterumque rogo. Deus O. M. si preces meas exaudit, Tibi Tuisque per multos annos vitam viresque servabit, Te summis favoribus accumulabit, et ea, quae in munere Tuo, tam sublimi quam vario, facturus sis, bene vertet omnia.

Tibi quoque, vir doctissime, VAN DER KLOES, qui summa liberalitate erga me usus, me elementa linguae Latinae et Graecae docuisti, hic publice gratias ago. Otio nunc frueris; spero fore ut, si eadem etiam Tua est cupido, mox, renovatis viribus, negotia Tibi grata sis suscepturus.

Neque Vos, viri clarissimi, BUYS BALLOT, VAN REES, HOEK et DE GEER silentio praeterire volo. Summa enim Vestra humanitate usus sum; quum opportunitate Vestrarum lectionum strenue sequendarum caruerim, mihi libros indicasti, quibus uterer, et illo studio pro meis viribus finito, facile ad tentamen quod dicitur, me admisistis.

Idem quod in viris illis clarissimis, atque etiam magis in Vobis colo, viri clarissimi, professores litterarum et philosophiae theoreticae facultatis, BRILL, ROVERS, OPZOOMER et quem desidero KARSTEN. —

Humanitate ac liberalitate me Vobis devinxistis; quoties ad Vos veni, toties parati fuistis ad me iuvandum, quum consiliis, tum admonitionibus. Si in vita mea academica — talem vitam vixisse si dici possim — est quod doleam, doleo mihi opportunitatem negatam fuisse, ut Vestra institutione perquam uti potuerim. — Nolite dubitare, viri clarissimi, quin beneficij memoriam semper sim conservaturus!

Tibi, vir clarissime, OPZOOMER, mi promotor, in primis gratiam habeo, ob animum promptum et paratum, quo me, post mortem viri optimi Karsteni, ad te venientem accepisti, dein ob modum rationemque, quibus mihi viam huius libelli in lucem emitendi explanasti, tandem etiam ob operam, quae necesse erat inde tibi nasci. — D. O. M. Tibi et omnibus Tuis collegis benevolentiam rependat quam in me locastis!

Mihi non contigit, vir clarissime HERWERDEN, ut Tuam institutionem squerer, sed alumnus Academiae Ultra-Trajectinae, Tibi, eius professori, omne quod bonum felix faustumque sit, tam Tibi ipsi quam Tuis discipulis exopto.

Amici, quos non multos sed fortasse eo fideliores habui, qui toties me stimulavistis, quoties vix despondebam, me unquam ad studiorum academiorum finem esse venturum, huius libelli paginas quum scripsi, saepe mihi in memoriam redactae sunt horae illae, non multae sane, sed recordatu

incundissimae, quibus de studiis nostris locuti sumus. Omnes id, quod petivistis, assecuti estis. Fortasse multae occupationes curaeque vos obsident, sed interdum, rogo, animum ad amicum vertite, qui vestri semper memor crit.

Scripti *Utrechtii*,

m. Februario a. MDCCCLXVI.

CONSPECTUS.

	P _{ag}
Prooemium	1.
Poeta, Poesis.	8.
Plato, Poeta.	16.
De Amore Platonico.	32.
De Tempore conscriptionis, proposito scriptoris et ne- cessitudine librorum, qui inscribuntur Phaedrus et Symposion.	34.
Phaedrus.	39.
Pars I.	40.
Pars II.	45.
Pars III.	49.
Pars IV.	67.
Fabula e Phaedro.	73.
Symposion.	106.
Phaedri Oratio.	111.
Pausaniac Oratio.	115.
Eryximachi Oratio.	120.
Aristophanis Oratio.	125.
Agathonis Oratio.	138.
Socratis Oratio.	146.
Diotime.	148.
Diotimae Doctrina.	158.
Mythus de Amoris ortu.	169.
Socrates verus et sincerus pulchri amator.	186.
Conclusio.	200.

Plato verhält sich zu der Welt wie ein seliger Geist, dem es beliebt, einige Zeit auf ihr zu herbergen. Es ist ihm nicht sowohl darum zu thun, sie kennen zu lernen, weil er sie schou voraussetzt, als ihr dasjenige, was er mitbringt und ihr so noth thut, fründlich mitzutheilen. Er dringt in die Tiefen, mehr um sie mit seinem Wesen anzufüllen, als um sie zu erforschen. Er bewegt sich nach der Höhe mit Sehnsucht seines Ursprung wieder theilhaft zu werden. Alles was er äussert bezieht sich auf ein ewig Ganzes, Gutes, Wahres, Schönes, dessen Forderung er in jedem Busen aufzuregen strebt. Was er sich im Einzelnen von irdischem Wissen zueignet, schmilzt, ja man kann sagen, verdampft in seiner Methode, in seinem Vortrag.

GÖTHE. Farbenlehre.

(*Tüb.* 1810). II. p. 140.

PROOEMIUM.

Si recte atque aequo de scriptore quodam et de eius operibus iudicare volumus, multae sane sunt res, ad quas necesse est ut attendamus. Temporis quo vixit conditio, cultus gentis in qua vixit, indeoles etiam et doctrina virorum quorum consuetudine et institutione usus est, haec omnia penitus nobis exploranda sunt. — Sed praterea ipsius quoque scriptoris ingenii dotes, eius historia et mores cognoscenda sunt. Haec si bene perspexerimus iudicium aequum esse poterit, quia nihil exacti sumus a tempore et opportunitatibus, quibus auctor usus est, alienum et nostris potius opinionibus consentaneum; quia proprietates multas, quae aliter nos fugarent, immo vero quas saepius male interpretaremur bene sensuri et in suo pretio habituri sumus. Tot et tantis conditionibus plane satisfacere, in primis si de antiquis agitur, unum in paucis difficile est. Primum enim accuratam vitac, actionum aliarumque rerum, quarum notitia necessaria est, expositionem plerumque frustra quaerimus, tum numquam, ut nostra fert sententia, cui-

quam contingit ita se in antiquitatem insinuare ut ab omnibus suae aetatis vinculis et opinionibus expeditus sit. Sed nihilominus perfectio et absolutio, quas ut in aliis rebus ita ctiam hic assequi non possumus, menti obversari debent, utendum nobis est iis quae decessores recte explicuerunt, conandumque strenue progrederi ut qui nos suscepturi sunt, nobis propius metam accedant. Historia enim nobis magistra data est et ratio ut ex alienis exemplis, meditationibus et lucubrationibus discamus.

De Platone ciusque scriptis multi iudicium vel potius opinionem suam exposuerunt. Mirumne si hae opiniones parum inter se congruunt? Alius scriptor aliud magis animadverit; de Platonis vita, nobis magnam partem ignota, alias coniecturas proposuit. Alius alio melius nulla opinione animo iam impressa philosophi opera legit et diuidicavit. Sed grato animo diversas accipimus commentationes, quia singulae quodammodo, etsi non omnes aequae, id efficiunt, ut hanc illamve disquisitionis partem plenius teneamus.

Opera Platonis quum legisset, et mihi proposuisse eorum partem eligere, de qua dissertationem conscribere, accuratius quam antea praefationes, commentarios, introductiones virorum doctorum meditari coepi et magnopere gavisus sum plurimis nonnullorum indiciis et explicationibus. Vividis coloribus pictam inveni tabulam temporis, quo noster vixit. Qualis eo tempore cultus Graeciae fuerit multo labore et exquisita doctrina elaborata expositio me advertit. Praceptorum Platonis in variis artibus doctrinisque inveni nomina, interdum etiam et breves notiones. Socratis imaginem eximia cura et ut mihi videbatur ad verum exsculptam adspicere potui. Et tamquam

hoc non satis esset, interdum inveni etiam nomina viorum, qui fortasse illis temporibus Athenis degerint et quos Plato fortasse audiverit. De vita Platonis pauca et haec inter se non congruentia legi; sed licet hac in re multa desiderarem, sciebam hoc esse desiderium inane. De dotibus autem ingenii, de iudele et moribus Platonis nihil fere inveni quod mihi satisficerit. Ex tot rebus unam modo hic indicabo. In brevibus illis vitis Platonis legi eum antequam ad Socratem venit, artem poeticam excoluisse, atque inde existimabam, in Platonis operibus vestigia esse invenienda eius indolis poeticae. In commentariis autem quos adhibui, licet passim de poetico ingenio Platonis aliquid scriptum viderim, nihil certi accepi: in nonnullis de quibusdam locis in Phaedro legi: hoc sentit poesin; sed simul, quod iam Dionysius fecerat, color ille poeticus philosopho ut vitium exprobratus est, quod quam maxime vitare debuisset. Tandem mihi MUNK, die natürliche Ordnung der Platonischen Schriften in manus venit, ubi in praefatione (pag. v) legi: „Man hat bisher immer, da man in Plato mehr den Philosophen als den Dichter sah, die poetische Seite seiner Schriften zwar anerkennend beiläufig gelobt, aber ihre Bedeutung in der Anordnung der Schriften durchaus nicht gewürdigt,” atque sperabam fore ut hic mihi, quae exposita legere cuparem, traderet. Quin, quum legere perrexissem, inveni pag. ix. „Die Gesamtheit der Platonischen Schriften bildet also ein poetisch-philosophisches Ganze worin in dem idealen Leben des wahren Philosophen die ideale Entwicklungsgeschichte der wahren Philosophie dargestellt werden sollte,” et multa huiusmodi. Sed neque

hic id quod cupiebam legi, interdum plus, interdum vero et multo minus quam quaerebam inveni. MUNK, ut inscriptio libri iam indicat, universe de poetico colore egit, ut ordinem constitueret, in quo Platonis scripta non tam confecta quam legenda essent. Illam possem Platonicam a ceteris rebus non distinxit, et interdum mihi visus est ingenio poetico Platonis plus tribuisse quam fas esset. Quid plura? Licet multum ex eo profecerim, nondum contentus eram: statui igitur meo Marte in campum descendere et pro viribus contendere ut probarem Platonem, quamvis Musas suas Vulcano sacrificasset, non desiisse poetam esse, vel potius poetice agere; poetam non plane interiisse in philosopho.

Sed partim ne quis existimet nos nimia audacia tale opus suscepisse, partim ut nonnullorum virorum doctrorum hac de re sententias ante oculos ponamus, tamquam florilegium earum hic addimus.

Apud ASTIUM¹⁾ legimus: Maior pars Platonis dialogorum cum picturis aut animi delineationibus mimicis comparari possunt, atque operum externa forma est poetica, dramatica nempe sive mimice-poetica. Non raro autem color ille poeticus et ad internam dialogorum partem procedit²⁾.

MEINERSII³⁾ hacc sunt: „Es scheint als wenn die Natur den Plato mehr zu einem Dichter, als Philosophen geschaffen hätte.... Dichten war ihm so natürlich, dass er

1) Platons Leben u. Schriften, pag. 36.

2) Cf. etiam quae pag. 37, dicit de persona Socratis in Platonis dialogis, uti etiam quae leguntur, pag. 41, de dialogi natura, quam germanum quendam Proteum nuncupat.

3) Vermischte philosophische Schriften, I. pag. 120.

selbst da in diesen Naturfehler zurückfiel, wo die kleinste Ueberlegung ihm das Unschickliche seines Verfahrens zu zeigen im Stande gewesen wäre.”

HEUSDIUS, qui Platonem sublimem poetam appellat¹⁾, quum de Socratis sermone in Phaedro agit, dicit²⁾. „Et hymnum sic recitat Pindaricum plane et tamen philosophicum de amore, de pulchro rel.” et alio loco³⁾ „Hic, ait enthusiasmus est amoris, in quo describendo cum poetis antiquis concertasse videtur Plato. Nam carmen est plane, quanquam plenum philosophiae.”

WOLFF in Prolegomenis ad Symposium⁴⁾ ita fere disputat: Omnes iudices litterati Symposium extollunt opusque existimant quod non minus honoris afferat ingenio poetico, quo natura auctor tam copiose praeditus erat, quam philosopho.

Apud MUNKIUM l. l. praeter ea, quae iam attulimus, legimus⁵⁾: Platonis dialogi mimi sunt, genuinae gemmae poeticæ. Omnes critici interpretesque usque ad nostrum tempus poeticum colorem in Platonis scriptis pulchri sane ac venusti quid extare putaverunt, quod autem plerumque supervacaneum esset, quin saepius nocuisset rebus philosophicis, quae tractantur. — (Hoc iudicium de interpretibus Platonis severius esse quam aequius nemo erit, qui non perspiciat).

1) Initia Plat. I. pag. 3.

2) Ibidem, pag. 127.

3) Ibid. pag. 129.

4) Pag. XXIX, 9.

5) Munk. pag. 11. Confer etiam quae affert pag. 25 sqq. ubi fere hoc dicit: Omnes Platonis dialogi unum constituunt opus quod nihil aliud sit quam epos in laudem Socratis. Cf. etiam pag. 45.

Etiā UEBERWEG¹⁾ existimat nihil interesse inter philosophiam Platonis et Aristotclis, nisi quod ille poetice egerit, atque phantasia ductus praeter immanentiam etiam transscendentiam idearum docuerit. (Quum autem idearum doctrina non parva sit pars philosophiae Platonis, quid iudicabimus de huius viri docti sententia quae spectat indolem Platonis poeticam?)

VOLQUARDSEN²⁾ in Phaedri priore parte invenit studia Platonis, ut se exerceat in stylo Aesopico, Pindarico et Sapphico, et pag. 9, dicit: „Platon schreibt oder singt und dichtet.”

GROTE³⁾ scripsit: Aristoteles Platonis scripta contendit medium quid esse inter poesin et prosam orationem et vel Platonis doctrinam philosophicam de Ideis *all its apparent plausibility* duxisse e poeticis translationibus (metaphoris). Sententia illa, Anglus addit, vera est sed quodam tantum modo. Complures dialogi ostendunt exuberantem poeseos venam, quae dicebatur — non ab Aristotcl modo sed etiam a pluribus aliis criticis Platonis ipsius tempore — saepius esse aliena a rebus tractatis et immodica.

Neque CICERONEM fugit poeticus ille color. Legitur enim in *Oratore*:⁴⁾ Video visum esse nonnullis, Platonis locutionem, etsi abest a versu, tamen quod incitatius feratur, et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum, quam comicorum poetarum: apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est

1) Ueber die Echth. u. Zeitf. Plat. Schriften, pag. 178 sqq.

2) Platon's Phaedrus. Erste Schrift Platon's pag. 2.

3) Plato, I. 212.

4) Cap. 20. 67.

aliud quotidiani dissimile sermonis. Nec tamen id est poetae maximum rel.

Et QUINTILIANUS¹⁾ non dubitat laudare: Multum supra prosam orationem et quam Graeci pedestrem vocant surgit, ut mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico oraculo distinctus videatur.

Hisce addere possemus locos ex HERMANNO (cf. v. c. pag. 389 et 511), STEINHARTIO (76), SUSEMTHLIO et STALLBAUMIO ductos, sed credimus hacc sufficere ad ea quae nunc volumus. In re ipsa tractanda horum et nonnullorum aliorum sententiae nobis proderunt.

Sed quo melius propositum nostrum definiamus, certumque ordinem disquisitionis teneamus, eam in partes dividemus, et ut Socratis aut Platonis consilio, monitioni obsequamur, de nulla re agendum esse, nisi sit ipsa ante definita, initium faciamus a definiendo, quis ex nostra opinione poeta, quaeque poesis sit. Tum in unum locum conferemus ea quae antiqui nobis de Platone poeta tradunt, et tandem, ex ipsius Platonis dialogis τὸ πομπικὸν illud eruere conabimur, vel potius demonstrare, quales sint partes quas ingenium poeticum habuerit in modo quo scripserit et in rebus de quibus egerit. Non autem omnia Platonis scripta, quod opus esset nostris humeris gravius, explorabimus, sed ea modo, in quibus de Amore egit, itaque priorem Phaedri partem et Symposium.

1) I. O. X: 1.

POETA. — POESIS.

Poeta nascitur, non fit. Qui non natus est poeta, frustra omnem operam adhibet in versibus pangendis, inanes ei omnes erunt curae lucubrationsque; versus qui omnibus rhythmi legibus satisfaciant, qui nihil habeant quod aures offendat, componere possit: poema facere autem nunquam poterit. Contra qui poeta est natus, cui natura summum illud donum tribuit, quo vectus animi aut phantasiac alis terram relinquit, e corpora tamquam excedit, in aëre versatur, atque ex altitudine aliter ac nos res contemplatur, hic — versus faciatne necne — hic revera est poeta. Non versus, non rhythmi successiones mutationesve poemata constituunt; est sublimis rerum conceptio, pulchra sententiarum forma, aptus sed non practicus usus rerum opportunitatumque, quae ex usu esse possint, ut ea quae percipiamus, quae adspiciamus animi non corporis tantum oculis, magis eluceant, clariore fulgeant splendore, atque auditores lectoresque e crasso tenebroso aëre removeant et in regionem luce splendentem tollant.

Poesis est imitatio, dicit ARISTOTELES¹⁾ et quum de poeseos origine agit²⁾ dicit eam ex ipsa hominum natura nasci, cui imitari insitum sit. Et ex hac poeseos definitione argumentatur:³⁾ δῆλον οὖν ὅτι τὸν ποιητὴν μᾶλλον τῶν μύθων εἶναι δεῖ ποιητὴν οὐ τῶν μέτρων, οὐδὲ ποιητὴς

1) De Poetica. Cap. I.

2) Ibid. Cap. IV.

3) Ibid. Cap. IX.

κατὰ τὴν μίμησιν ἔστιν. Μημεῖποι δὲ τὰς πράξεις καὶ
ἄρα συμβῆ γενόμενα ποιεῖν οὐδὲν ἡττου ποιητὴς ἔστιν τῶν
γὰρ γενομένων, ἐνīα οὐδὲν κωλύει τοιαῦτα εἶναι οἷα ἀν εἰκὸς
γενέσθαι καὶ δυνατὰ γενέσθαι, οὐδὲ ἐκεῖνος αὐτῶν ποιητὴς
ἔστιν; et hactee amplius explicat quum fere hoc dicit: Non poetae est dicere quae facta sint, sed qualia fieri
debeant, et quā fieri possint secundum verisimile vel
necessarium. Nam historicus et poeta non eo inter se
differunt quod hic cum metro, ille sine metro dicat.
Liceret enim ea, quae HERODOTUS narrat in metris po-
nere et nihilominus esset historia quacdam cum metro,
ita ut ante erat sine metris. Sed in hoc est differentia,
quod unus quidem facta dicit, alter vero qualia fieri
debeant. Quamobrem et res magis philosophica et me-
lior poesis est quam historia. Nam poesis magis uni-
versalia, historia magis singularia dicit. Est autem
universale quum exponitur, quemadmodum tali talia
contingat dicere aut facere secundum verisimile aut ne-
cessarium; singulare vero quid Alcibiades fecerit aut pas-
sus sit ¹⁾.

SCHILLER ²⁾ eandem fere fert sententiam. Dicit poe-
tam esse naturae custodem, et ubi talis non ex omni
parte esse possit, quia iam in semet ipso vim destru-
stricem formarum artificiosarum et ex libidine factarum
experitur (schon in sich selbst den zerstörenden Einfluss
willkürlicher und künstlicher Formen erfährt), aut quia
ei contra illas luctandum est, ibi testis aut vindex

1) Hic quidem Aristoteles de tragœdiis loquitur, sed quae hoc loco
de specie dicuntur, de genere toto dici possunt.

2) Ueber naive und sentimentalische Dichtung. Opera XII. 182 sqq.

naturae erit. Igitur aut ipse natura *est*, aut eam *quaerit*. Inde duo genera poetarum existunt, quorum utrum indoli temporis consentaneum erit. Ille erit poeta simplex (naïver Dichter) hic mollior (der sentimentalische). Poesis autem hoc efficere conatur ut naturae humanae quam perfectissimam formam effingat, (der Menschheit ihren möglichst vollständigen Ausdruck zu geben), atque ex necessitate inde sequitur iis temporibus quibus homo, in naturali simplicitate, cum omnibus simul suis viribus, (ut unitas quaedam concors et congruens) agit, quem igitur tota natura prorsus in iis quae sunt effingitur, his temporibus poetae esse quam perfectissime ea imitari quae revera sunt. Sed iis temporibus, quibus homines iam culti sunt, et tota hominis natura non iam congruentia una agit, quem unitas illa facto sublata est (bloss idealisch existirt) iis temporibus poetae res quae revera sunt, ad idem illam tollenda sunt, et species illa cogitata in scriptis exponenda est. In scriptis illorum poetarum, *poeta ipse* est opus, et *opus* est poeta. In poetarum cultorum temporum scriptis vero, primus poeta quaerendus est, eius cordi est obviam eundum, et una cum eo de re est considerandum. Ut in pauca conferam: Obiectum in subiecto est contemplandum. Praeter has formas, nulla est, in qua genius poeticus apparere possit. Licet hae formae quam vehementissime a se discrepant tamen est summum aliquod cuius utraque est particeps, et summum illud cum idea generis humani in unum concurrit (mit der Idee der Menschheit in Eins zusammentreffen). Et alio loco legimus¹⁾: „Eine noth-

1) Schiller, Opera. XII : p. 333.

wendige Operation des Dichters ist Idealisirung seines Gegenstandes, ohne welche er aufhört, seinen Namen zu verdienen. Ihm kommt es zu das Vortreffliche seines Gegenstandes (mag dieser nun Gestalt, Empfindung oder Handlung sein, in ihm oder ausser ihm wohnen) von gröbern, wenigstens fremdartigen Beimischungen zu befreien, die in mehreren Gegenständen zerstreuten Strahlen von Vollkommenheit in einem einzigen zu sammeln; einzelne das Ebenmass störende Züge der Harmonie des Ganzen zu unterwerfen, das Individuelle und Locale zum Allgemeinen zu erheben. Alle Ideale die er auf diese Art im Einzelnen bildet, sind gleichsam nur Ausflüsse eines innern Ideals von Vollkommenheit, das in der Seele des Dichters wohnt. Zu je grösserer Reinheit und Fülle er dieses innere allgemeine Ideal ausgebildet hat, desto mehr werden auch jene Einzelnen sich der höchsten Vollkommenheit nähern.”

Definitionem poeseos autem, quam et ARISTOTELES et SCHILLER dederunt, eam esse imitationem, non de tota poesi acciperemus. Si de secundo poeseos genere agitur, eam potius creationem dicemus, correctionem et emendationem naturae si vis. Aristotelis ipsius auctoritate hoc proferre possumus, nam dicit: *οὐ τὸ τὰ γένος μένα λέγειν, ἀλλ' οἷα ἀν γένοις ποῦτο ποιητῶν ἔργα εἰστὶν*, et si paullo accuratius cogitare volumus, ad hanc definitionis mutationem cogimur. Poemata condere est artem colere. Ingenium autem hominum natura sublimius est; inaneque igitur esset contendere naturam esse Dei opus, artem modo hominum debile et inane opus¹⁾. Natura

1) Opzoomer, Logica pag. 32.

exhibet formas, mens hominis dat ideam. Res quae extra nos sunt et facta nihil sunt, nisi neutrum quiddam, quod ab animo nostro colorem significationemque accipiat. Poeta res quae sunt in earum idea prchendit (il saisis les réalités dans leur idée) et hanc ideam in semet ipso habet. Nisi ita esset, quomodo Apollinem Belvederii, quā tot alias artis creationes explicare possimus? Poesis igitur est in homine, et ipse homo eam rebus tradit. Non est exaggeratio, nou ornatus eorum quae revera sunt, non est explicatio arbitraria et vaga, sed est ipsa veritas et cum BILDERDYKIO nostro¹⁾ exclamare licet:

Neen Waller, poëzij is geen verdichting. Neen!

Z' is waarheid, diep gevoeld en stroomende uit het harte.

Est veritas quia est homo, et homo in iis quae quam vehementissime sentit, in cogitationibusque quam maxime spontaneis.

Quod dicitur de poeta etiam de poesi dici potest. Poesis nascitur non fit, qui eam facere conatur non est pocta²⁾. Poesis autem adest ubicunque enthusiasmus est: sine enthusiasmo et admiratione nusquam invenitur. Socrates dicit:³⁾ ἔγγαρον οὖν καὶ περὶ τῶν ποιητῶν ἐν δλίγω τοῦτο, ὅτι οὐ σοφίᾳ ποιοῖεν ἀποιοῖεν, ἀλλὰ φύσει τῷ καὶ ἐνθουσιάζοντες, ὥσπερ εἰ θεομάντεις καὶ εἰ χρησμῳδοί· καὶ γὰρ λέγουσι μὲν πολλὰ καὶ παλλὰ, ἵσσοι δὲ οὐδὲν ἀν λέγουσιν. et alio loco⁴⁾ poeta definitur: κοῦφον χρῆμα καὶ πτηνὸν καὶ ιερὸν et qui οὐ πρότερον οἶστε ποιεῖν πρὶν ἀν-

1) Voet in 't graf. 41.

2) Vinet, Etudes sur la littér. franç. du XIX siècle II: 441, 442.

3) Apol. 22. C.

4) Ion. 534. B.

εγθεστε γεννηται και εκδραυν και ο νοης μηκετι εν αυτῳ ενη¹⁾.

Multa poesis coniuncta habet cum arte pingendi et sculpendi, quae etiam artes sunt imitatrixes, et quae etiam ad ideam spectant. Sed dubium esse non potest, quin poesi palma sit tradenda, quia in plurimis rebus iis longe antecellit. Inprimis quod non ad corporis sed mentis oculos loquitur ideoque de rebus agere potest, quae sub sensus non cadunt; tum quia vitam dare potest, nam ipsa se movet et hunc motum rebus tradit: dein quia singula voce tot ac tanta exprimere potest. Cavendum est poetis itemque ac pictoribus ne ex sua provincia in alteram transire conentur. Si enim pictor *omnia* quae poeta adumbrat aut notat pingere vellet, multis in rebus pictura nobis non satisfaceret, et poeta si pictoris modo vellet depingere a scopo non dubium aberraret²⁾. Poeta enim describere non conabitur, indicabit modo et eandem quam habet ideam, in lectoris aut auditoris animo evocabit. „Les grands poètes ne se piquent pas de rendre toutes les impressions, mais ils prétendent les faire naître et leur triomphe est de développer dans l'âme de leur lecteur tout un monde d'impressions, qui n'ont pas de nom dans leurs ouvrages mêmes”³⁾. Ita et Homerus fecit: quum de incomparabili Helenae forma loquitur non ut tot poetae secundi et tertii ordinis, oculos, frontem, nasum etc. describit: sed vim narrat, qua eius adspectus etiam senes commovit, qui inter se, ea appropinquante, dicebant:

1) Cf. Phaedr. 245 A. 265 B.

2) Cf. Lessing, Laocoön.

3) Vinet, le Semeur, VII; 306.

Οὐ νέμεσις, Τρῶας καὶ ἔντυχοιδας Ἀχαλους
Τοιῷδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἀλγεα πάσχειν.
'Ανῶς ἀθανάτησι θεῆς εἰς ἅπα τοικεν¹⁾.

Interdum sane et descriptiones, ne picturas dicamus, apud summos invenimus poetas: sed modo quum non de persona aut re, quae describitur agitur, sed de effectu, quem habuit, aut de gratia venustatis (Reiz) non de venustate ipsa. Ita Ovidius canit:

Quos humeros, quales vidi tetigique lacertas.
Forma papillarum quam fuit apta premi!
Quam castigato planus sub pectore venter.
Quantum et quale latus! quam iuvenile femur!²⁾
Duac sunt res, quas efficere conantur poetae.
Aut prodesse volunt aut delectare poetae
Aut simul et iucunda et idonea dicere vitae.³⁾
Prosunt multis modis.
Os tenerum pueri balbumque poeta figurat,
Torquet ab obscenis iam nunc sermonibus aurem,
Mox etiam pectus praeceptis format amicis,
Asperitatis et invidiae corrector et irac.
Recta facta refert, orientia tempora notis
Instruit exemplis, inopem solatur et aegrum.
Castis cum pueris ignara puella mariti
Disceret unde preces, vatem ni Musa dedisset?⁴⁾
Prodesse potest et aliter fieri non potest quin prosit.
Nam ideam adspicit, eamque evocat. Est pontifex veri,
pulchri et magni, et a Deo accepit donum ut aliis longe

1) Iliad. III. 156—158.

2) Cf. Lessing, Laocoön. Cap. XX en XXI.

3) Epist. ad Pis. 333 en 334.

4) Hor. Epist. II, I. 126 sqq.

magis penitus penetrare possit in res tam animi quam vitae.

Delectat etiam et remittit animum. Sed delectatio quam affert non est delectatio sensuum quae homini opere quodam continuo defatigato grata sit, non est delectatio, quam vir doctus desiderat, quum intenso animi labore fessus, ad poetam se convertat. Est delectatio, quae non nisi toti homini mente indefessa in corpore non fatigato percipienda traditur¹⁾.

Nobis restat indicare eum, qui nullos versus scripserit poetam esse posse. Sed quia diffidimus hoc aequa bene et concise posse perficere ac VINET, eius argumentationem describemus²⁾.

„La poésie habite aussi dans les écrits en prose ; elle s'y rencontre même nécessairement ; car elle est moins une classe d'écrits qu'un souffle inégalement mais généralement répandu dans la littérature ; elle est tout ce qui nous élève du réel à l'idéal, tout ce qui met la prose en contact avec notre imagination, tout ce qui, en toute œuvre d'esprit, retentit à l'âme, le beau dans tout ce qui est beau ; elle pénètre dans les genres qui lui sont, en apparence, les plus étrangers ; et ce que Voltaire a dit du bonheur peut se dire aussi de la poésie :

Elle est semblable au feu, dont la douce chaleur
Dans chaque autre élément en secret s'insinue,
Descend dans les rochers, s'élève dans la nue,
Va rougir le corail dans le sable des mers,
Et vit dans les glaçons qu'ont durcis les hivers.”

1) Cf. Schiller XIII : 247.

2) Chrestomathie. III. Praef. pag. XXX.

PLATO, POETA.

Plato poeta natus est.

Pauca de vita Platonis nobis tradita sunt. Ex iis colligamus quae ad nostrum pertinent consilium. Legimus in Olympiodori vita Platonis:

Φασὶν οὖν ὅτι Φάσιμα Ἀπολλωνικὸν συνεγένετο τῇ μητρὶ αὐτοῦ (Platonis nempe) τῇ Περικλέᾳ, καὶ ἐν νυκτὶ Φανὸν τῷ Ἀρίστῳ ἐκέλευσεν αὐτῷ μὴ μαγνύναι τῇ Περικλέᾳ μέχρι τοῦ χρόνου τῆς ἀποτέξεως. Ὁ δὲ οὕτω πεποίηκε· καὶ γεννηθέντα τὸν Πλάτωνα λαβόντες οἱ γενεῖς, βρέπος ἔντα, τεθείκασιν ἐν τῷ Τυμπτῷ Θεολόμενοι ὑπέρ αὐτοῦ τοῖς ἐκεῖ θεοῖς, Πανὶ καὶ Νύμφαις, καὶ Ἀπόλλωνι Νομίῳ θύσαι· καὶ κειμένου αὐτοῦ, μελίτται προζελθοῦσαι πεπληρώκασιν αὐτοῦ τὸ στόμα κυρίων μέλιτος· ἵνα ἀληθὲς περὶ αὐτοῦ γένηται, Τοῦ καὶ ἀπὸ γλάστης μέλιτος γλυκίων ἔειν αὐδὴ. Καλεῖ δὲ αὐτὸν πάντοθεν καὶ τοῖς κύκνοις ὄμοδουλον, ὡς ἐξ Ἀπόλλωνος προελάνων· Ἀπολλωνικὸν γὰρ τὸ ὄρνεον.¹⁾

Idem narrat Aelianus Var. Hist. X. 21 et 11:30 ibique addit Pindaro extra paternam domum exposito apes fuisse nutrices, pro lacte mel praebentes.

Quid velint hae fabulæ, satis liquet. More antiquorum vir insignis fit filius Dei, cuius artem colit, aut saltem si origine non differat a ceteris, ostenditur non absque nutritione divina talis exstitisse qualis fuit. Maxime in hisce nobis attendendum est, Platonem et Pin-

1) Confer quod ad ultimam hujus sententiae partem pertinet Diogenem Laert. III. 15^b ubi de Socratis somnio loquitur.

darum eodem modo miraculozo eodemque cibo nutritos esse.

Diogene Laertio teste¹⁾ Plato, iuvenis nondum 20 annos natus Musas coluit scripsitque poemata primo quidem dithyrambos, dein et carmina et tragoeidas; et Aelianus scripsit²⁾: Πλάτων ὁ Ἀριστωνος τὰ πρῶτα ἐπὶ ποιητικὴν ἀρμησεν καὶ ἡρωικά ἔγραψε μέτρα. Εἶτα αὐτὰ πατέπρησεν ὑπεριδῶν αὐτῶν, ἐπεὶ τοῖς Ὄμήρου αὐτὰ ἀντιηρίνων ἔωρα πατὰ πολὺ μᾶττώμενα. Ἐπέθετο οὖν τραγῳδίᾳ καὶ δὲ καὶ τετραλογίαιν εἰργάσατο καὶ ἔμελλεν ἀγωνιεῖσθαι, δοὺς ἥδη τοῖς ὑποκριταῖς τὰ ποιῆματα. Πρὸ τῶν Λιονιστῶν δὲ παρελθὼν ἤκουσε Σωκράτους, καὶ ἀπαξέ αἰρεθεὶς ὑπὸ τῆς ἐκείνου σειρῆνος, τοῦ ἀγωνισμάτος οὐ μόνον ἀπέστη τότε, ἀλλὰ καὶ τελέως τὸ γράφειν τραγῳδίας ἀπέβριψε καὶ ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφίαν.

Idem fere et Olympiodorus, qui dicit Platonem institutione usum esse poetarum tragicorum et dithyrambicorum, additque: ὅτι δὲ τοὺς διθυράμβους ὁ Πλάτων ἤσκητο δῆλον ἐκ τοῦ Φαίδρου τοῦ διαιλόγου, πάνυ πνέοντος τοῦ διθυραμβώδους χαρακτῆρος.

Addamus quac legimus in fine vitae ab Olympiodoro conscriptae:

Ἄποθανόντος Δαῦτοῦ, πολυτελῶς αὐτὸν ἔθηψαν οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ἐπέγραψαν ἐν τῷ τάφῳ αὐτοῦ· Τοὺς δυ' Ἀπελλῶν Φῦσ', Ἀσκληπιὸν ἥδε Πλάτων. Τὸν μὲν ἵνα ψυχὴν, τὸν δ' ἵνα σῶμα σοῖς.

Praeterea nihil nobis de Platone poeta narratur, neque ullae nobis supersunt reliquiae Platonis musae

1) Lib. III : 6.

2) Var. Hist. II : 30.

nisi quis epigrammata amatoria quae descriptis Laertius¹⁾ certa credat: quorum et unum apud Gellium²⁾ invenimus, qui ad epigramma

Τὴν ψυχὴν Ἀγάθωνα Φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν εἴχον
Ἵλθε γὰρ οὐ τηῆμων ὡς διαβητομένη

hoc adnotat: Celebrantur duo isti Graeci versiculi multorumque hominum memoria dignantur, quod sint lepidissimi et venustissimae brevitatis. Neque adeo pauci sunt veteres scriptores qui eas Platonis esse philosophi affirmant, quibus ille adolescens luserit, quum tragocadiis quoque eodem tempore faciendis praeluderet.³⁾

Non omnes et quid mirum ex his idem de Platonis ingenio poetico iudicaverunt. ASTIUS⁴⁾ omnia quae ex Laertio et Aeliano descriptsimus simpliciter *Sagen* appellat et quam maxime miratur TENNEMANNIUM iis fidem habuisse. STALLBAUMIUS⁵⁾ dicit: Ex qua una re intelligitur, quanto studio deditus poesi fuerit, ipsa nimirum *natura* duce et magistra; et RITTER⁶⁾ post quam varia poeseos genera enumeravit, quae Plato coluerit dicit: „Dass er in so verschiedenen Dichtungsarten sich versuchte dem Geiste der alten Dichtkunst zuwider *scheint* zu beweisen, dass weniger dichterische Erfindungsgabe als Nachdenken über Anderer Werke und ein noch unbestimmter Trieb zur Mittheilung seine Versuche leitete.”

1) III : 29—33.

2) Noct. Att. XIX : 11.

3) Grote Plato I. 115. — laudat epigrammata illa: *Amatory, affectionate and of great poetical beauty.*

4) Platons Leben u. Schriften, pag. 18, in annotatione.

5) Disputatio de Platonis vita etc. p. 14.

6) Gesch. der Phil. II : 161.

Prudenter RITTER addit *scheint*. Si enim demonstare posset nullum veterum poetarum plura poeseos genera coluisse — atque non esset haec demonstratio facilis — ne quidem ex hocce iure concludere posset quod contendit. Non enim est viri ingenii dotibus insignis tenaciter sequi aevi sui indolem; sed quo magis valeat eominus anxie est inquisiturus in ea quae ceteri faciant. Ingenium (genie) quod revera tale est, non admittit leges alienas, sibi ipsum est lex. Non per vias tritas ingreditur sed aliam adhuc ignotam aperit viam et nullis prohibitum impeditum cursum conficit. Nonne contrarium eius quod RITTER contendit, efficere possumus ex iis quae nobis tradita sunt? Nonne ex hoc ipso quod omnibus poeseos generibus operam dederit, concludere possumus, eum sibi virium suarum ad poesin colendam consciente fuisse? Si non de tam praestanti ageretur viro, suspicio oriri posset, eum nimis elatum iuvenili audacia tot ac tanta scripsisse; nunc vero ne locum quidem huic suspicioni dare possumus, quem Plato ipse plane perspexerit quantum carmina sua distarent ab iis, quas sibi mente infixas habuit, ideis pulchri carminis dramatisve, atque hoc perspecto non dubitaverit ea Vulcano sacrificare. Mediocris poeta, ne dicam qui poeta non est, ad hoc faciendum non facile ducitur. Et esset imitatoris, nondum 20 annos nati, componere tetralogiam, quamcum Dionysiis periculum certaminis faceret! Non credimus, sed cum STALLBAUMIO sentimus Platonem *natura* duce et magistra, poesi operam dedisse.¹⁾

1) Addamus et Grotis verba: l.l. I. pag. 213. Moreover we find occasio-

Has notitias historicas, aut potius memorias negligere noluimus, licet parvi sint momenti ad efficiendum id quod cupimus, quia ultiro suspicionem progredi non possumus, nihil certi arguere; et periculorum opus suscepissemus, nisi alia et maiora haberemus. Ex Platonis vero operibus, quae exstant, satis afferre posse credimus ut comprobemus, Platonem fuisse poetam et poetice egisse.

Socratem quum audivisset, omnibus missis factis quibus adhuc operam dederat, toto animo se dedit philosopho et eius doctrinae, quae tam late discrepuit ab illa quam omnes philosophiae magistri docebant. Hanc discrepantiā plane sensit iuvenis, quem non existimare possumus usque ad illam diem nullam operam dedisse scientiae, quae id temporis ab omnibus fere iuvenibus colebatur. Per octo annos usque ad Socratem mortuum eius familiaritate usus est, et semper ut ex Memorab. III. 6, 1 efficere possumus sincerum se praestitit discipulum, quem magister summo amplexus est amore. Quam grato animo horum temporum semper memor fuit, patet et ex aliis, quae mox indicaturi sumus et ex iis quae Lactantio teste¹⁾ senex jam dixit: Sibi quattuor ob causas summas habendas esse Diis gratias quarum una esset se natum esse eo tempore quo Socrates docebat. Magister quem CICERO²⁾ philosophiac parens appellat,

nally an amount of dramatic vivacity and of artistic antithesis between the speakers introduced (in the dialogues) which might have enabled Plato, had he composed for the drama as a profession, to contend with success for the prizes at the Dionysiae festivals.

1) III : 19, 17.

2) De Finib. II : 1.

philosophiam e coelo devocatam in urbibus collocaverat et in domos introduxerat¹⁾ et cam coegerat de vita et moribus, de rebus bonis et malis quaerere. Magister prodesse voluit civibus suis, cum unoquoque in foro, in officinis, in δρόμοις, in nullo non loco sermones commisсuit, atque ut Xenophon nobis est testes, semper colloquium a variis rebus initum eo duxit, ut de virtute, de ipso bono et pulchro ageretur. Non inani sapientiac specie homines etiam infimi ordinis a se alienavit; profitebatur se nihil scire sed scientiae cupidine flagrare. Methodo obstetricia, quam non a sophistis, illius temporis viris doctis, vero a matre, obscura sed proba femina accepit, utebatur, et per cam omnes monebat qui essent, quid possent.

Hunc virum in dies magis cognoscere, per octo annos maiorem diei partem cum eo degre, eum comparare cum aliis qui scientias tradere se profitebantur, sed qui suum unum commodum spectabant, qui ius iniuriamque toties inter se mutabant quoties iis profuit — quid efficere potuit in animo juvenis amore τοῦ καλουκάγαθοῦ ardentis? Amare, admirari eum incipit, eius entusiasmico impleri, in eo ideam quam perfectissimi philosophi, civis boni spectare — et omnia, quae ut supra diximus, poetam faciunt, aderant. Socrate mortuo, fortasse

1) Tuse. V:4. GROTE quum hoc Ciceronis ei occurrit animo dicit: Socrates not only brought philosophy down from heaven i. e. from the distant, abstruse and complicated phenomena of the Kosmos — but introduced in the same time a complete revolution in method. He placed the *negative* in the front of his procedure giving to it a point, an emphasis, a substantial value, which no one had done before. His peculiar gift was that of cross-examinatiam. — Praef. VIII.

eo adhuc vivo hanc ideam exponere coepit, et in ipsa expositione ut summus poeta agit; non descriptionem non expositionem omnium quae necesse est inveniri in philosopho perfecto quaeque ex parte ipse in Socrate invenerit admiratusque sit, tradere conatur. Sed philosophum talem (den Idealphilosophen) in ipsa vita agentem inducit, eumque magistrum facit sublimioris perfectiorisque *σοφίας* cuius ipse auctor fuit. Philosophum in variis vitae casibus, in iudicio iniquo, in carcere, in morte lectori ante oculos proponit et talem ut nullum vitium, nulla informitas in eo appareat. — Quantopere distat ille Socrates Platonicus a Xenophonteo Socrate. Hic sit magis historicus, ille magis est verus, est enim poeticus, est factus ad ideam. — Ut autem Socrates vivus appareat, philosophica doctrina, aliter ac a ceteris philosophis tradenda est. In systema quod appellatur redigi non potest¹⁾), alia forma est quaerenda et dialogus nascitur, in quo vita est et motus et quo pulchrius non facile quid dici potest²⁾). Et in his dialogis res

1) Platon philosophirt, wo andere dociren, er hebt den Geist zum reinen Wesen der Idee, wo ihn andere zum Buchstaben des Systems herabziehen; darum ist der Platonismus, der Geist der Philosophie oder die Philosophie *an sich*. Ast. I. l. pag. 9. Cf. etiam Grote, l. l. I. Praef. V.

2) „Platon stellt den Philosophen (den Socraten) nicht als bloss spekulativen Denker, sondern zugleich als Menschen und als Staatsbürger dar; seine Philosophie wurzelt also nicht in der Einseitigkeit der Reflexion, in der Abgezogenheit der Contemplation, sondern sie entfaltet sich in der Fülle des menschlichen Wesens; so wie er daher den wahren Weisen (in der Person des Socrates) als vollendeten Menschen schildert, der weit entfernt, die Sinnlichkeit, gleichsam den Träger des wirklichen Lebens, in sich zu tödten, sic vielmehr harmonisch zu bilden und geistig zu verklären strebt, so haben auch seine Schriften nicht den einseitigen Zweck, den contemplativen Denker zu beschäftigen, sondern

de qua agitur, non tota nec ex omnibus partibus exploratur, satis est si lectori idea evocatur quae auctori praesto fuit. Omnia Platonis opera quodammodo magnum quoddam et sublime *epos* appellare possumus in honorem Socratis i. e. philosophi perfectissimi et absolutissimi.

Hoc autem quum contendimus non sentimus cum MUNKIO: quum unitas tanta in omnibus Platonis scriptis sit, ordinem, in quo ea confecerit, nullius esse momenti, et ea legenda esse in eo ordine, quem Socratis aetas indicaret. Nam si de auctore agitur in primis spectanda sunt tempora et opportunitates, in quibus opus quid scriptum sit, ne in iudicio quam longissime a vero aberremus; et opera eiusdem generis, temporibus confectionis neglectis, ex ordine collocata plerumque in graves inducunt errores; quam sententiam plurimi ferebant de postrema BILDERDYKII nostri editione.

Poesis in primis est in operis conceptione, in notione quadam genetrice (idée mère) in motu, qui adhuc est notio, tum in multis rebus, antequam agi potest de ratione dicendi, de forma, de imagine. Talis poesis neque explicari neque exponi potest; sententiae singulæ et separatim exploratae interdum non magni erunt momenti; sed si eas colligas conferasque, invenies quid, quod

zugleich die Einbildungskraft des Lesers zu ergötzen und seinen Geist zum Idealischen zu erheben, indem sie ihm die vollendete Humanität, in individueller Lebendigkeit abgebildet, darstellen. (Ast, Platons Leben u. Schriften, p. 87). Cf. etiam Munk, I. l. p. 11. Die Platonischen Gespräche sind nicht blosse *Dialoge*, wissenschaftliche Abhandlungen in Gesprächsform, sondern *Mimen*, wahre poetische Kunstwerke, die als solche ihren Zweck in sich selber haben müssen.”

quum unum continuumque sit, te magnopere movebit, et cuius non facile oblivisceris¹⁾. Huiusmodi poesin in Platonis operibus invenimus. Notio illa genetrix est magistri Socratis praestantia, quam gratus discipuli animus etiam altius effert, quamque philosophus ad ideam spectans proponit.

In conceptione igitur operum Plato poetice egit. Sed non in conceptione modo, etiam in expositione colorem poeticum, poesin potius, invenimus. Non hic quaestio esse potest de quibusdam verbis poeticis, de metro quod interdum, etiam quum oratio est soluta (cf. Phaedr. 237^b), quasi ac si studio eo adductum esset, adest, et quod utrumque a Diogene Halic.²⁾ reprehenditur; sed de dialogo ipso hoc intelligimus.

Sane dialogus non est Platonis inventio. Ante Platonem Alexamenus Teius poeta³⁾ eum exhibuit, et Zeno Eleaticus aliquique eo usi sunt ad doctrinam exponendam. Plato ipse coactus fere fuit ad hanc formam expositionis eligendam quia magister, quem tantopere venerabatur, et quem ubique (Legibus modo exceptis) in dialogos, ut personam primas partes agentem, induxit eo usus fuerat. Sed modus, quo noster dialogus fecit, immense distat ab illo, quo alii fecerunt. De iis quae ante eum dialogos scripserunt, nihil certi probare possumus, sed multi hac in re eius imitatores existierunt, quorum opera licet cum cius comparari, et omnium fere consensu, Platoni palmam tradere coge-

1) Cf. Vinet. le Semeur III : 173.

2) Epist. ad Pompeium 8.

3) Laert. III. 48.

mur. — Quid enim desiderare possumus in scriptis qui hoc modo a WYTTENBACHIO¹⁾ laudantur: „Sane dialogus Platonis habet fere iusti magnitudinem dramatis, partes, descriptionem, ingressum, progressum, degressiones, exitum: habet interrogandi, respondendi que vices ita probabiles ut ex ipsa humana natura expressae videantur, nil de industria quaesitum apparcat: habet sensum affectumque, iocandi viam urbanam, venustam, verecundam.” Cum ASTIO²⁾ dicere possumus, Platonis dialogum esse Proteum quendam, qui se in omnes formas mutet, et qui saepe subito ex altitudine dithyrambica, quae lectori offundit vertiginem, in cavillationem et satiram abeat, mox aliam formam, comicam nempe inducturus. Et cum SCHLOSSERO³⁾ licet contendere: „Omnes dialogi poemata sunt e genere dramatum, ubi omnes personae, status, causae, quae inducuntur, ut in tragoe- diis aut comoediis secundum vitam depictae sunt. Inde factum est ut non philosophi tantum sed poetae quoque Platonis dialogorum studio operam dederunt.” — Alii eos mimos appellant, et nemo, ut scio est qui poetum colorem, dramatisve formam, iis abnuat⁴⁾. Et non est, quod miremur. Legimus enim apud Olympiodorum: ἔχαιρε δὲ πάντι καὶ Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ καὶ Σώφρου παρ' ἄν καὶ τὴν μίμησιν τῶν προτάπων ἐν τοῖς διαλόγοις ὀφελήθη; et usque ad diem supremum, ut Olympiodorus et Valerius Maximus⁵⁾ testantur in hoc studio

1) Opuse. II. pag. 21. Epist. ad Heusdium.

2) I. l. pag. 41.

3) Alg. Gesch. P. II. pag. 167.

4) Cf. Stallbaum, Disput. de Platonis vit. ing. et script. pag. XXXVI.

5) VIII: 7 et. 3.

perseveravit, ita ut altero et octagesimo anno decedens sub capite Sophronis mimos haberet.

Plato quum ad Socratem venisset, abstinuit a poesi, quae vulgo sic appellatur, colenda. Sed ut nostates habent proverbium: „Vulpes mutet pellis colorem, malitias non amittet,” Plato quoque si pro virili parte contra ingenium suum poeticum contendere voluisset, interdum tamen succubuisse. Nullum vero nobis indicium certum est, ex quo efficere possumus, certamen illud in pectore philosophi certatum esse inter poeticum et philosophicum ingenium, et inde necessario sequitur ubi cunque fere vestigia poeseos invenienda esse in scriptis Platonis. Addimus Platonem ipsum confiteri se ad poesin attractum esse, nam legimus Rep. X. 607^c. ὡς ξύνισμὲν γε ἡμῖν αὐτοῖς ηγλωμένοις ὑπ' αὐτῆς. Si autem legimus illa scripta eaque vestigia colligere volumus, nobis animadvertisendum est, Platonem quemadmodum philosophiam poetice egit, ita et poeticam artem philosophice coluisse, ita ut παλαιὰ illa διαφορὰ φιλοσοφίᾳ τε καὶ ποιητικῇ in suis scriptis non supersit.

Ut magister philosophiam e coelo devocaverat et in urbes introduxerat, ita noster poeticam a delectatione ad usum devocat. Homeri aliorumque poetarum opera iam eo minus ex usu esse credidit, quia populo multarum rerum in primis autem Deorum heroumque notitio-
nes dederint quae nocerent religioni nec non modestiae (*σωφροσύνη*); eaque hanc ob causam in rem publicam, quam ipse se condere singit non admittit; dicit enim Rep. III. 387. B. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα παρατητόμεθα “Ομηρὸν τε καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς μὴ χαλεπάνεν εὖν διαγράφωμεν, οὐχ ὡς οὐ ποιητικὰ καὶ ἥδεα τοῖς

πολλοῖς ἀκούειν, ἀλλ' ὅσῳ ποιητικώτερα, τοσούτῳ ἡπτον ἀκουστέον παιδὶ καὶ ἀνδράσιν, οὓς δεῖ ἐλευθέρους εἶναι, δουλεῖαν θανάτου μᾶλλον πεφοβημένους. — Et Gorg. 502. A. quum legamus: Soer.: οὐχὶ ἡ τε μιθαρωδικὴ δοκεῖ σοὶ πᾶσα καὶ ἡ τῶν διθυράμβων ποίησις ἥδονής χάριν εὐρῆσθαι; Call. "Εμοιγε. — Socr. Τὶ δὲ δὴ ἡ σεμνὴ αὔτη καὶ θαυμαστὴ, ἡ τῆς τραγῳδίας ποίησις ἐφ' ὁ ἐσπουδακε; πότερον ἔστιν αὔτης τὸ ἐπιχείριμα καὶ ἡ σπουδὴ, ὡς σοὶ δοκεῖ, χαρίζεσθαι τοῖς θεαταῖς μόνον, ἢ καὶ διαμάχεσθαι, ἐάν τὶ αὐτοῖς ἥδη μὲν ἡ καὶ κεχαριτωμένην, πονηρὸν δέ, ὅπως τοῦτο μὲν μὴ ἔρει, εἰ δέ τι τυγχάνει ἀπόδει καὶ ὀφέλιμον, τοῦτο δὲ καὶ λέξει καὶ φρεστῷ, ἐάν τε χαίρωσιν ἐάν τε μὴ; ποτέρως σοὶ δοκεῖ παρεσκευάσθαι ἡ τῶν τραγῳδῶν ποίησις; Call. Δῆλον δὴ τοῦτο γε, ὃ Σώφρατες, ὅτι πρὸς τὴν ἥδονὴν μᾶλλον ἀρμηται καὶ τὸ χαρίζεσθαι τοῖς θεαταῖς. Socr. Οὐκοῦν τὸ τοιοῦτον, ὃ Καλλίκλεις, ἐφαρμεν νῦν δή κολαπεῖαν εἶναι; Call. Πάνυ γε. — et quum ex Aristophanis Ranis satis intelligamus, eo tempore a poetis delectationem modo, non institutionem et doctrinam quaesitam esse luce clarius est, Platonis mentem a tali poesi scribenda abhorruisse. — Sed aliud est genus poeseos, cuius ποιηταὶ nobis sunt ὅσπερ πατέρες τῆς σοφίας καὶ ἡγεμόνες¹⁾; et alio loco²⁾ Homerus ποιητικώτατος appellatur quia τὴν Ἑλλάδα πεποιησμένην καὶ πρὸς διοίκησιν τε καὶ παιδεῖαν τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, et ἀξιος esset ἀναλαβόντι μανθάνειν et κατὰ τοῦτον τὸν ποιητὴν πάντα τὸν αὐτοῦ βίον πατησκευασάμενον ξῆν; et hoc genere colendo etiam philosophicus poeta utilis esse potest. Hoc poeseos genus sibi elegit Plato;

1) Lysis 213. B.

2) Rep. X. 607 A.

παιδευτής Graeciae exsistere voluit, qui civibus suis indicaret, quae esset vita beata, quā vivenda, quis philosophus, quā viveret. Et quomodo hoc genus coluit satis apparet ex omnibus suis operibus. In Homero reprehenderat quod Achillem proposuisset lacrimantem et Deos culpantem et multa alia indigna facientem et ipse dicit, Rep. 401 B. τοῖς ποιηταῖς ἡμῖν ἐπιστατητέον καὶ προσαναγνωστέον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ εἰκόνα ἥθους ἐμποιεῖν τοῖς ποιμάσιν, ἢ μὴ παρ' ἡμῖν πονεῖν et 398. B. definit bonum poetam ὃς ἡμῖν τὴν τοῦ ἐπιεικοῦς λέξιν μηδίτο καὶ τὰ λεγόμενα λέγοι ἐν ἔκεινοις τοῖς τόποις οἷς κατ' ἀρχὰς ἐνομοθετησάμεθα. Ipse partes huiusmodi boni poetae egit. Socrates Platonicus est ille probus et honestus vir, est philosophus absolutus et perfectus, qui semper vel in gravissimis rebus hoc nomine dignus probatur, qui exemplum virtutis et morum egregie vivit et moritur. Nunquam non memor τοῦ Γνῶθι σεαυτόν, alias ad hanc cognitionem excitat, et omnibus modis eos adiuvat ut ad eam perveniant. Omnis vanitatis expers non satis ducit profiteri se nihil scire, sed satis habet si, in re quadam exploranda, collocutor, deviis indicatis, viam ingressus sit, qua ad scientiam venire possit. Sciebat hominis talem esse naturam ut quae ipse invenerit, foveat, plurimique faciat, quae ab aliis acceperit plerumque negligat, sine dubio non ex aequo existimet. Nullis minis, nullo periculo deterretur quominus faciat et dicat quae bona et utilia sint, quaeque facere suum esse credat. In ipso iudicio, quum sententiis indicum damnatus litem suam aestimare potest et plus uno modo capitatis salvus evadere, omnibus quae cum probitate pugnarent, spretis, dicit, quum verum id esse sciret: se meruisse publice ali in Prytaneo.

Et in carcere morte iam appropinquante, cum amicis de vita et morte disputat, eosque solatur, sine ulla trepidatione cicutam bibt, sine querela moritur sperans fore ut mortuus aequiores iudices habiturus sit et cum probis antiquiorum temporum viris sermones collaturus de probo et honesto.

Est imago talis viri, adducimur fere ut addamus, nullis maculis polluti, quam Plato, obtemperans legibus quas ipse poetis dederat, civibus suis proposuit, et hac imagine eos excitare voluit ad imitationem, ad philosophiam colendam. Sed licet in primis utilitatem spectaverit Plato, sine utilitatis detimento etiam delectare voluit, et quis est qui neget se, quum Platonis scripta legeret delectatum esse. „Jupiter si Graece loquitur sicut Plato loqueretur, dicebant antiqui philosophi;¹⁾ PANAE-TIUS Platonem appellat philosophorum Homerum,²⁾ et FAVORINUS, auctore Gellio,³⁾ solebat dicere: „Si ex Platonis oratione verbum aliquod demas, mutesve, de elegantia detraxeris.” — Sic ut Homerum modo post sacra repetitam lectionem gustamus, ita et Platonem quo saepius legamus co magis delectamur. — Nihil est in Platonis dialogis quod nos non alliciat; orationis suavitas et copia, inopinatae et frequentes conversiones, comicus et ridiculus interdum interlocutorum locus, vis argumentorum, subterfugiendi conatus sophistarum, non minus certe quam gravitas rerum, quae tractantur, nos capiunt. — Interdum disputatio ita vivide narratur ut tamquam cer-

1) Brutus, XXXI.

2) Tuse. I: 32.

3) Noct. att. II: 5.

tamini singulare adesse videamur, in quo non statim cor sed primum brachia et crura adversarii petantur.

Nullus unquam philosophus doctrinam suam tradidit eo modo quo Plato. Systemata fecerunt et multo facilis est eorum opiniones placitaque cognoscere quam Platonis, quemadmodum multo facilis est regionis cuiusdam latitudinem cognoscere, si eam in charta depictam habeas quam si ipsam late patentem, arboribus ornatam ac partim memoribus occupatam ante te videoas. Plato ut imagine utamur, philosophiam suam redegit in hortum, in quo omnia florent, et nullus enumerare potest omnia quae ibi inveniuntur. Sunt enim non modo frugiferae arbores, sed etiam flores, sunt et semina, quae nondum aut paullum modo germinarunt, et quae necesse est ut iterum iterumque examines, si scire vis, cuius plantae aut arboris sint semina. Alii philosophi domos construxerunt, in quibus statim apparent quot sint conclavea et cellaria et cui usui sint.

Alii quaesiverunt et fecerunt systemata. Plato philosophiam menti infixam habuit, et alias hanc alias illam eius partem proposuit, et ut mea fert opinio, RAPHAËLUS pictor ille divinus hoc optime indicavit quum in pictura „Schola Atheniensis“ Platonem pinxit mentis viribus excitatum oculis ad coelum sublatis, Aristotelem autem, fronte contracto oculis in solum fixis. Ita et iam antiquus epigrammarius iudicavit, quum in utrumque philosophum epigrammata fecit, quae HERDER ita Germanice vertit:

Der reine Sinn und Aristoteles

Sind cins; sic sind auch cins im Bildniss hier.

et:

Der Weise, der den Geist zum Himmel hob,

Und ihn da wandeln lehrte, Plato, spricht
Auch hier im Bilde, aber nur dem Geist.

Mihi autem videtur hujus discriminis in philosophia exponenda nulla alia causa fuisse quam ingenium poeticum Platonis, quod etiam eum ad idearum doctrinam duxit. Poeta enim non modo ex singulis rebus ad id quod omnibus commune est progreditur (ita fecit Aristoteles et ita cius idea quae *in re ipsa* est nata est), sed creat, in ipsa mente habet ideam quandam separatam ab omnibus quae mundus externus tradit, et ad hanc ideam omnia metitur et ponderat. Tales ideac secundum Platonem ante creationem exstiterunt, et δημιουργῷ tanquam παράδειγματα erant, ad quae res sub sensus cadentes fecit. Medium inter ideas et materiam tenet φυσή, quae utriusque particeps utramque cognoscere possit. — Tales autem ideas, quae ante res fuerint, talem philosophiam quae non in systema redigi potest, talem philosophum, qui perfectior est quam ut esse possit; — qui meritus est philosophus ea nec admittere, nec docere, nec proponere potest: aliud quid opus est, nempe ingenium poeticum.

Haecce credimus satis esse, ad nostram opinionem de ingenio Platonis, quod ad τὸ πᾶν ejus scriptorum refert, explicare. Nunc magis in singulos dialogos inspiciamus, et conemur si inde efficere possimus Platonem etiam in singularum doctrinarum expositione poetice egisse. Elegimus doctrinam de Amore. Si res nobis prospere processerit gaudebimus; sin minus grato animo admonitiones omnium, immo vero reprehensiones humanae factas accipiemus.

DE AMORE PLATONICO.

Opus esset difficilimum et quam maxime ingratum enumerare tot opiniones, quot inter homines non modo superiorum saeculorum viguerunt, sed etiam nostro tempore vigent. Nam quis est etiam ex his, qui nullam operam litterarum classicarum studiis dant, qui non interdum de amore Platonico loquatur. Ac si recte attendimus, si mente volvimus omnia, quae in Platonis scriptis de Amore dicuntur, facile quandam inveniemus sententiam, quae ansam dederit hanc aliaeve opinioni. Aliud opus non minus difficile sed ad multas res utilissimum esset inquirere in vim, quam Platonis expositio de Amore habuerit ad mutandum veterem poeseos formam in illam quae vocatur Romantica. Propagationem Platonis placitorum ad hanc mutationem efficiendam conduxisse multi contenderunt, nullus vero ut scio demonstravit. Certum est hanc propagationem non solam in causis exstisset, sed multas alias res adiutrices fuisse. Idcirco nequaquam in eadem sententia stamus cum viro clarissimo HEUSDIO, quum dicit¹⁾: „Acceperunt hunc Amorem poetae in primis Itali, de mira illa animorum coniunctione, quae amatae intercedit cum amore, et utrumque in regiones coelestes extollit: ac profecerunt inde Dantes Alighierius ad Beatricem, Petrarcha ad Lauram, alii ad alias celebrandas divini pectoris foeminas.” Sane ad hanc sententiam probandam afferri potest, Socratem ipsum confiteri se scientiam quam de Amore

1) Init. Plat. I : 99.

habuerit accepisse a femina quadam divina, Diotima illa; sed huic argumento duo ut nobis videtur, non minus gravia opponi licet. 1. Qnod Christianis adolescentium amor (*παιδεραστία*) erat invisus, et veneratio virginis Mariae nec non conditio honorabilior mulicrum apud gentes septentrionales (quae etiam postquam Christianorum doctrinam professae sunt alterius sexus honorem non deposuerunt) effecerunt ut in feminis in virginibusque in primis spectaretur num pulchrae essent animo. 2. Ex iis quae recentiores de illis poetis et de indole temporum, quibus vixerant, scripscrunt patet nec Dantem nec Petrarcham mulierem quandam ita celebrasse, sed potius feminae nomine regimen imperatorum aut religionis formam mutatam ornasse, invocasse et veneratos esse. Hisce enim praestantissimis viris mutatio formae politicae et religionis, utramque vehementer optabant, tam arcte coniunctae essent, ut alteram perfici posse diffiderent, nisi simul et altera perficeretur. Quid mirum si poetae illi, qui diligenter res, de quibus ageretur, occultaverint, metuentes ne si aperte loquerentur, summa pericula sibi impenderent, causae extiterunt opinorum quae ne nunc quidem disparuerunt. Sed ut semper fit, semel quum egressi sumus ex recta via, magis magisque aberramus, ita factum est ut nonnullis amor platonicus nihil aliud sit, quam quacdam animi molitiae vel potius — venia sit verbo — sentimentalitas. WIELAND carmen composuit¹⁾ in ludibrium talis deformitatis Amoris platonici, sed nihil effecit ad vulgarem opinionem corrigendam; quin potius ioci obscoenitatem.

1) Aspasia oder die Platonische Liebe. Vol. III. pag. 265 sqq.

tate contribuit ut multo magis a vero aberraretur. Si paulum adhuc eo modo progrediamur, mox dies illucescet, quo mollissimi nostri temporis poetae citentur poetae Amoris platonici; et si in omnibus rebus admittendum esset proverbium: „Verba valent usu,” quum de Platonis doctrina de Amore agere instituamus, nobis non amplius utendum esset voce *Amoris Platonici*, sed potius ut iam quidam¹⁾ fecit, oporteret nos uti verbo: *Amoris philosophici*.

Sed non contra falsas de illo Amore opiniones nobis disputandum est; videamus potius quae sit ipsius Platonis expositio. Eam invenimus in priore *Phaedri* parte est in *Symposio*, quos dialogos, eo consilio, quod supra diximus percurremus, paucis praemissis de eorum necessitudine.

DE TEMPORE CONSCRIPTIONIS, PROPOSITO AUCTORIS ET NECESSITUDINE LIBRORUM QUI INSCRIBUNTUR PHAEDRUS ET SYMPOSION.

Prima quae se offert quaestio est de tempore quo hi libri sint scripti, et uter prior litteris sit mandatus. Astius, Schleiermacher, Socher, Stallbaumius²⁾ Hermannius multique alii Phaedrum anteriorem esse dialogum iudicant. Inter omnes quos de Platone adiimus scriptores, unus MUNKIUS contrariae favet opinioni.

1) Ackermann, das Christliche im Platon, pag. 82 sq.

2) Stallbaumius, quum Platonis opera edere coepit, aliter existimavit.

Causae quas ad suam sententiam probandam afferit, partim sunt externae formam spectantes, partim internae de operum ratione agentes. Dicit¹⁾ autem Socratem in Convivio orationem adhuc habuisse in forma dialogica, qua philosophus in vita semper usus esset; duas autem orationes quas in Phaedro legimus, hoc quoque involuerum deposuisse, et declamationes plane esse rhetoricas, orationes proprio sensu, rel. et alio loco²⁾: In Symposium Amor communis est vitae appetitus (der allgemeine Lebenstrieb) qui conscientia pulchri honestique studio ad vitam philosopham tollitur; in Phaedro contra ex natura animi humani ipsa demonstratur varias vitae actiones procedere modo e clarioribus modo e minus accuratis contemplationibus idearum pulchri et honesti." — Hisce multa habemus quae opponere possumus. Ab omnibus fere, ab antiquis quoque, quibus MUNKIUS tantum tribuit auctoritatis, una voce conceditur Phaedrum non modo ante Convivium scriptum esse, sed et omnibus ceteris dialogis esse anteriorem. Et quomodo fieri potuisset, ut Plato, si Symposium iam in lucem emisisset, huius scripti in Phaedro nullam fecisset mentionem, praesertim quum cum iuvene, qui et ipse Amorem laudaverat, sit colloquium? Qui ille idem qui dixisset Diis gratius esse sacrificium amasii quam amatoris, ita prorsus capi potuisse Lysiae scripto? Qui, Phaedrus exclamare potuisse: Παντὸς μὲν οὖν, ὃ Σάκρωτες παρὰ τὸ εἰωθός εὑροιτὶς σε εἴληφεν³⁾, quum iam Socratis laudem Amoris

1) l. 1. pag. 214.

2) Idem. pag. 220.

3) 238 c.

in Agathonis domo audiverit? Addamus, in Symposio de Amore agi, ut de daemone, in Phaedro nullam eius certam extare definitionem, atque Phaedrum dialogum Convivio multo esse inferiorem in accurata genitus in pulchro, τοῦ τόκου ἐν υψηλῷ, explicatione. — Argumentum quod Schleiermacher affert ad probandum Phaedrum ante Symposium scriptum esse, non accipere possumus. Dicit enim ex comparatione Phaedri cum Symposium perspicuum esse prioris characterem iuvenilem. Vera sunt quae Ueberweg animadvertis: voci *iuvenalitatis* duas tribuimus significationes: significat enim aut hilaritatem iuventutis aut immaturitatem. Hilaritatem dialogo Phaedro abnegare nullo modo volumus, sed non opus est restrictione verbi iuventutis. Summi poetae Gracci primaria opera scripserunt iam proiectiores aetate, ac nemo revera affirmare audebit illa opera indiguisse eius quod nostrates appellant „jeugdige frischheid.” Sed Schleiermacher aliud quid vult, quum hoc verbo utitur; immaturitatem ingenii in Phaedro inveniri contendit, eamque maxime dicit apparere in forma epideictico, in ostentatione summae dialecticae artis peritiae, qua Plato facile adversarios vinceret, atque ex hisce causis aliisque nonnullis, ut v. e. mentione, quae fit Isocratis et vaticinii Socratis de eo, ex aetate Lysiae (de qua tamen nihil constat) Schleiermacher opinatus est, Platonem hunc dialogum scripsisse Socrate adhuc vivente, quam opinionem vero, ut nobis videtur, prorsus refellit Ueberweg.²⁾ Anno 1862 VOLQUARDSEN in lucem emisit librum qui

1) I. l. p. 258.

2) I. l. 254 sqq.

inscriptus est: *Platon's Phaedrus. Erste Schrift Platons.* Ibi Schleiermacheri suscipit sententiam et eam contra omnes qui alii favebant defendit. Multa affert sed ut mihi videtur res adhuc sub lite est, et quia eam nostris viribus maiorem et a consilio nostro, maximam partem alienam esse credimus, eam silentio praeterituri sumus. Omnium fere consensu, tempus in quo colloquio Phaedri et Socratis habita esse fingitur, est a°. 406. Schleiermacher et nonnulli alii eundem annum tempus esse credunt, quo conscriptus sit; alii conscriptionem ad a° 388 deferunt. — Quod ad Symposium spectat eadem est controversia: Schleiermacher contendit a°. 370, alii probare conantur a°. 385 aut 384 scriptum esse hunc dialogum.

Plato ut mihi videtur Phaedrum scripsit ut summam et methodum suae doctrinae exponeret. Et ut etiam manifestius esset, quanta fuerit discrepantia inter se et rhetores Lysiae orationem quandam sibi sumpsit cui ipse duas alias opponeret, ut ex comparatione harum orationum probaret, sibi nihil esse commune cum sophistis nec rhetoribus, et dein in posteriore parte de bona egit methodo. Amorem sibi tractandum elegit, quia fundamentum est totius Platonicae philosophiae; nam per Amorem pulchri et veri ad ipsius pulchritudinis et veritatis scientiam educamus. Hunc suum Amorem longe diversum esse a vulgari huius vocis acceptione ut ostenderet nec non ut doctrinam Amoris magis explanaret dein et Symposion composuit¹⁾.

1) Eo consilio quam dicimus Platonem scripsisse Symposium negare nolumus eum quid praeterea spectasse. Libenter concedimus fieri posse

Supra iam quodammodo horum librorum necessitudinem explicavimus, quam rem ut absolvamus Stallbaumii de ea iudicium describemus¹⁾.

„Habet Symposium maximam cum Phaedro similitudinem et cognitionem. Nam uterque liber agit de Amore; uterque in rhetorum vanitate arguenda versatur; uterque denique formae similitudinem habet eam, qua vel sola ad arctioris cuiusdam necessitudinis, quae inter eos intercedat, suspicionem deducamur. Sed in tanta similitudine nihilominus etiam dissimilitudo animadverti non exigua potest. Nam in Phaedro rhetoricae reprehensio acrior est et apertior, plurimamque universi sermonis partem sibi vindicat; quae de Amore disputantur ea quamquam exponuntur ornate copioseque, tamen pro pemedum propter rhetorum ludibrium videntur posita esse. Contraria est Symposii ratio in qua rhetorum et sophistarum amici carpuntur tectius; quae autem de Amore disseruntur eam habent vim, ut quin pro gravissima totius operis parte habenda sint nemo dubitare possit. Deinde ipsa illa de Amore disputatio etsi in utroque libro eo pertinet, ut vis et natura enthusiasmi philosophi aperiatur, tamen non parum habet discriminis. Nam in Phaedro de divino Amore ita disseritur, ut Amoris humani ac terrestris causae et rationes inde repeatantur; in Symposio autem vicissim quomodo ab Amore terrestri paullatim ad divinum illum escendatur

ut Plato etiam alia quaedam perficere voluerit, ut Socratis famam v. c. a turpibus rumoribus vindicaret, ut demonstraret quid boni reipublicae affluere possit ex terrestri quoque amore si modo bene colatur; ut imaginem perfecti sapientis in vita communi exhiberet, etc.

1) Proleg. ad Symposion, pag. 39.

et quaenam sit huius praestantia docetur. Quapropter alterum opus altero quasi perficitur et consummatur."

P H A E D R U S.

Dialogus Phaedrus, a Krischio¹⁾ appellatus facetissimum Socratico-Platonicum opus, ab omnibus fere summis laudibus est ornatus. Unus est e numero illorum dialogorum, qui omnium consensu Platonis esse censentur. Ac nil mirum, nam Aristoteles citat²⁾ opus quoddam Platonis huius inscriptionis, et eo modo ut dubitare non liceat quin opus citatum idem sit ac quod habemus. Praeterea in Top. et Metaph. nomine Platonis nonnulla Aristoteles citat quae in hoc dialogo legimus. Quod attinet ad inscriptiones $\eta\pi\epsilon\rho\eta\pi\epsilon\tau\omega\tau\sigma\zeta$, $\pi\epsilon\rho\eta\pi\epsilon\psi\chi\eta\pi\zeta$, $\pi\epsilon\rho\eta\pi\epsilon\kappa\alpha\lambda\omega\eta\pi\zeta$, $\pi\epsilon\rho\eta\pi\epsilon\beta\eta\pi\epsilon\tau\omega\eta\pi\zeta$, $\pi\epsilon\rho\eta\pi\epsilon\tau\alpha\gamma\alpha\theta\omega\eta\pi\zeta$ etc., additae sunt a posterioribus et maiorem partem a Neo-Platonicis, id spectantibus ut titulo ipso rem indicarent, quam in libro tractatam esse arbitrabantur.

Dialogus compositus est ex duabus partibus, quarum alteram practicam, alteram theoreticam appellare possumus,³⁾ quum in parte priore orationi Lysiae, vitiis laboranti, duae eadem de re opponantur orationes Socratis, in posteriore autem de optimo scribendi genere aut de eloquentia disputetur. Priorem partem, ad nostrum

1) Ueber Platons Phaedr. pag. 1.

2) Rhet. III. 7. 1408.

3) Vide Ast, I. I. 88.

consilium pertinentem, tractabimus; conabimur inde colligere doctrinam de Amore, et simul attendemus ad colorem poeticum, quo splendet. Haec pars iterum in quattuor dividi potest. 1. (227 A—231 A) colloquium continet Socratem inter et Phaedrum et descriptionem scenae in qua cetera aguntur. 2. Orationem exhibit Lysiae, eaque quae de ea disputantur (— 237 A) 3. Priorrem Socratis orationem tradit (— 244 A). 4. Posteriorrem orationem Socratis amplectitur — 257 C.

PARS I.

Phaedrus iuvenis in eo quum esset, ut medico praescripto parens ex urbe egredcretur et in campo ambularet ei fit obviam Socratis, qui more suo, cum quo-cunque sermonem conferre eum exclamacione: „Unde venis et quo tendis mi amice!” ex profundis quibus indulgebat meditationibus detrahit. Iuvenis se venire a Lysia et parare ambulationem extra urbis moenia respondet, et Socrates, Lysiae nomine audito, rogit quid cum rhetore egerit. Respondet ille se orationem audivisse, quam et paratus est cum Socrate communicare, modo ei sit otium ut se comitetur in ambulatione; et Socratis alludens ad Pindari versum Μῆτερ ἡμῶν, τὸ τέον, χρύσασπι Θύβα πρᾶγμα καὶ ἀπολιτίας ὑπέρτερον θήσεων dicit se omnia postponere negotia opportunitati audiendi, quae Phaedrus et Lysias disputaverint. Ambo ita ire pergunt et Phaedrus incipit: „Profecto, o Socrates, talia

audire te decet, nam oratio de qua disputavimus, plane amatoria fuit. Argumentum enim eius est: Non amanti potius quam amatori esse gratificandum. Socrates hoc auditio affirmat se incensum esse cupiditate talem expositionem audiendi, ac nullo modo posse deterreri, quin Phaedrum comitetur donec finem orationis audivisset. Phaedrus autem reluctatur negans se in eo esse ut tam orationem talis rhetoris convenienter enarrare possit. Socrates bene gnarus quid velit iuvenis, aperte dicit quae sibi de hac tergiversatione videantur, iuvenem neimpe, quanquam dicendi cupidissimum exspectare Socratem ad preces usque esse venturum, et rogat ne diutius moretur. Mox vero animadvertis libellum sub Phaedri brachio et coniiciens hanc esse ipsam orationem a Phaedro petit ut eam legat potius quam periculum faciat an scripta satis teneat. Talia confabulantes ad ripam sacri fluminis Ilissi veniunt, flumen vado transeunt, — uterque nudis erat pedibus — et notant platanum, quae ramis patulis ad refrigerationem in umbra invitat. Hanc arborem petunt ut sub ea in herba recumbentes alter legat, alter audiat. Sed antequam ambulationis terminum capiant, Phaedrus quaerit a Socrate quidnam ei videatur de mytho Orythiae, quae hoc loco a Borea raptam esse dicebatur; Socrates ei respondet, et ad platanum perveniunt. Concedent et Socrates exclamat: „Per Iunonem pulcher hic est requiesendi locus. Platanus ipsa circumcirca est densa et alta, et vitieis altitudo umbraque sunt quam gratissimae. Omnia in pleno sunt flore, quo sit ut locus sit quam fragrantissimus. Et ipse fons sub platano suavissime undas volvit frigidas, quibus et iam pedes refrigeravimus. Ex imaginibus et douariis colli-

gare licet h̄ic esse sacrum Nympharum et Acheloi. Et praeterea quam gratus et dulcissimus h̄ic est venti flatus, qui aestivum et canorum quiddam subresonat cicadarum choro. Omnium vero gratissima est herba, propterea quod lenis eius acclivitas recumbenti est idonea in qua caput reponat. — Optimus mihi fuisti dux, mi Phaedre. — Phaedrus autem miratur Socratis vivendi morem, qui tanquam peregrinus erat in patriae urbis vicinitate, et Socrates ei respondet; se esse Φιλορεκτῆς; ab arboribus nec agris quidquam se posse discere et modo cupidine audiendi ea quae Phaedrus sibi, ut pastor ramum virentem ovi, ostentavisset, eo perductum esse ut sequeretur. — Dein philosophus recumbit in herba, rogatque iuvenem ut libellum recitet. "Ἄξωε δὲ, Phaedrus dicit et exorditur.

Hanc partem quamvis nihil ei sit commune cum quaestione de Amore longius exposuimus quia in eo colorem poeticum invenimus, et simul explicationem rerum novarum quas mox audituri sumus. Socrates, qui unice dicendi cupidus, nunquam urbis pomoerium egreditur, qui semper in foro, porticibus et domibus dedit, ex urbe egressus, amoenitate loci captus eam paucis verbis vividissime depingit. Philosophus, qui describitur vir omnis tempestatis patiens, qui in solis ardore cogitationibus absorptus quasi solo insixus clavis, eodem loco manebat, hic mollem Phaedrum superat atque in herba stratus gaudet deliciis umbrae, cicadarum cantu, fontis murmur et venti in folia susurro. Mox, postquam priorem habuit orationem exclamat: Τῷ ἔντι γὰρ θεῖος ἔστιν ὁ τόπος εἶναι, ὥστε ἔαν δέρα πολλάκις νυμφόλυπτος προσέντος τοῦ λόγου γένωμαι μὴ θαυμάσῃς. Talia sunt quae

miremur in Socrate. — Non temere vero Plato haec omnia finxit, spectavit aliquid cui hisce omnibus esset opus. Socratem longe alia ac solebat disserentem est inducturus, et ad huius mutati Socratis rationem reddendam etiam solitam seribendi rationem relinquit. — Pro dialogo erit oratio continua, pro disputatione de virtute, de republica etc. laus Amoris et primo quidem Amoris vulgaris; et nunc pro foro fit ager, pro ambulatione aut sede fit recubatio in herba, pro tecto fit platanus, pro lecto fontis caput, pro via strata et domorum ordine fit rivulus serpens, et pro auditoribus qui semper fere numerosi aderant, adsunt Nymphae et Cicadæ; et Socrates brevi tempore fit unus qui

Non partem solidō demere de dic
Spernit, nunc viridi membra sub arbuto
Stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae.
non vero summo fruens otio, sed λόγον ἐρωτικόν audiens.

Dionysius Halicarnasseus exordium huius dialogi laudat¹⁾ et παρδίειγμα facit τῆς ὑφηλῆς λέξεως, dicitque id πολλὴν habere ἄρχαν et χαρίταν esse plenum. Nihil autem poetici ibi offendit, quod sane non laudasset si offenditer. Poeticum colorem nusquam invenit ante verba: "Αγετε δὴ, ὁ Μουσαι, et quum de his loquitur dicit Platonem ὥσπερ ἐξ ἀέρος εύδιον καὶ σταθεροῦ πολὺς ἀνεμος καταβράγεις, ταράττειν τὸ καθαρὸν τῆς Φράσεως, εἰς ποιτικὴν ἐκφέρων ἀπειροκαλίαν. Schleiermacher²⁾ aequē ornamentorum poeticorum absentiam arguit, atque præterea contendit id quod Dionysius carpit, ad nihil aliud

1) In Epistola ad Pompeium. pag. 31. ed. Tauchn.

2) Einleitung zum Phaedr. I., pag. 54.

spectare quam ad pedum mensuram, quam Graecus conspicere posset, sed quae aures nostras fugiat.

Contra duos illos et tantos viros aliam fovere opinionem, gravis sane est res; sed una eorum auctoritate induci, ut aliter dicas quam sentias, ut mihi videtur, multo est periculosius. Quid significet talis introductio in dialogum in quo de methodo disserendum erit, ingenue confitemur, non intelligimus, nisi Plato in hoc faciendo, aliquid perseguatur. Si Plato, ut plurimi iudicant, Phaedrum adolescens scripsit, Socrate adhuc vivo, dicere possimus eum nondum absolutum philosophum fuisse, sed philosophiam cum aliis rebus miscuisse. Quae autem res illa qua philosophiam inquinavisset, esset nisi pocsis, ars illa, quam olim coluerit, et a qua plane abstinere nondum didicisset, et illud quidem poeseos genus quo praecipue delectetur? Sin contra dialogum nostrum aetate virili, quum iam in Academia scholam condidisset, conscripserit, tunc etiam magis cogimur ad rem explorandam, et prima quae se offert opinio esset eum Socratem, quem ubicunque in urbe et domibus agentem aut iam proposuerat, aut adhuc propositurus erat, extra urbem duxisse, ut ostenderet philosophum etiam capi posse iis, quae natura pulchra et dulcia offerat; et illa pars quam arctissime cohaereret cum conceptione illa poetica de qua supra diximus.

Praeterea neque oblidiscendum est: Dionysium quum de Platone iudicat eum comparare cum Demosthene oratore, et igitur quia de arte egit, quam Plato proprio sensu nusquam coluit, etiam si in iis quae velit quam acquissimus sit, in universal tam diiudicatione minus rectum fuisse. Quid velit, patet ex iis quae

alias¹⁾ dicit quum Demosthenis dictionem cum πολεμιστηρίοις ὅπλοις, Platonis cum πομπευτηρίοις comparat, et paullo post dieit: Καὶ μοὶ δοκεῖ τις οὐκ ἄν αἰσθατεῖν, τὴν μὲν Πλάτωνος λέξιν εἰκόσιας ἀνθηρῷ χωρίῳ καταγγωγὴς ἔχουσι καὶ τέρψεις ἐφημέρους, τὴν δὲ Δημοσθένους διάλεκτον ἀνθηρῷ καὶ πανθόρῳ γῆ, καὶ οὕτε τῶν ἀναγκαῖων εἰς βίον, οὕτε τῶν περιττῶν εἰς τέρψιν, σπανιζούση. Si Demosthenis dialectus multos bonos et varios fructus exhibit, Platonis dictio flores modo, delectationem et voluptates, sane, omnes qui Platonis scripta legerunt, una voce exclamabunt flores illi sunt quos nostrates appellant *immortellen* et delectatione voluptateque illa nihil purius nec sublimius esse potest.

PARS II.

231 A — 237 A.

ORATIO LYSIAE.

De hac oratione disputatum est, utrum a Lysia ipso sit scripta an a Platone ad orationum Lysiacearum exemplum elaborata. Stallbaumius et Hermannius hanc sunt amplexi sententiam, Astius medium quoddam tenet; dicit enim: „Die erotische Rede des Lysias welche uns Platon mittheilt (ohne Zweifel aber nicht wörtlich, sondern nach freier Umbildung, bei der er wohl auch den Zweck hatte die Fehler der Lysianischen Rhetorik, deutlich

1) De Adm. Vi dicendi Demosthenis. 205.

hervorzuheben und in die Augen fallend zu machen etc.); omnes veteres scriptores, etiam Dionysius Halicarnasseus, quem nemo dicturus est ignorum fuisse Lysiae scribendi rationis, atque longe maior pars recentiorum priori favent opinioni.

Est sermo epistolae forma scriptus, et apud Suidam¹⁾ legimus scripsit καὶ ἐπιστολὰς ζ', μὲν μὲν προχυματικὴν, τὰς δὲ λοιπὰς ἐφωτικὰς ὃν αἱ πέντε πρὸς αειράνια. Itaque censemus declamatiunculam hanc unam esse ex his epistolis, quae omnes nobis perierunt. — Ueberweg affirmit²⁾ scribendi genus orationum forensium, quae supersunt, congruere cum huius sermonis elocutione; in utrisque enim offendit frequentem usum verborum χρῆν et ἀξιον cum Infinitivo, nec non verborum ἔτι δὲ τοῖνυν, καὶ μὲν δὴ, et καὶ τοὶ coniunctorum cum interrogatione. — Ac si spectamus modum, quo Plato hoc sermone est usus, etiam magis patebit. Cur bis³⁾ initium huius orationis ad verbum Plato descriptsisset, ut eius vitia indicaret, si ipse eam finxisset? Nonne absurdum esset reprehensionis scribendi si ipse hunc sermonem conscriptsisset? Et Plato qui in omnibus dialogis personas loquentes induxit, in hoc non sine causa ab instituto discessit.⁴⁾

Hoc constituto illam orationem missam facheremus nisi tanquam causa movens esset duabus Socratis orationibus, quae mox negotium nobis sunt daturae. Si Lysiae orationem legimus, cogitantes de eo tantum quod nobis est propositum, videmus agi de amore vulgari et quidem

1) Sub voce: *Lysias*.

2) L. l. p. 262.

3) 262 E. et 263 E.

4) Plura de hoc egit Krische l. l. p. 26 sqq. et Volguardsen, l. l. 32 sqq.

de huius amoris obscenissima parte, de paederastia, quae Platonis aetate Athenis summis vigebat viribus. Lysias describit talem amorem, atque maximam adhibet operam ad incommoda enumeranda quae iuveni ex hoc amore, si amatori morigeretur, sint oritura. Dicit amatores formam modo corporis spectare, nihil aliud petere quam voluptatem (itaque et eorum amorem appellat ἐπιθυμίαν), ut hanc expleant res familiares negligere, ne summos quidem labores effugere; voluptate autem exulta amasios in contemptu habere, immo damnis eos esse affecturos si hoc faciendo amasiis novis possint gratificari. Affirmat eos mente esse captos dum amant, atque statim ab hoc amore avertere quum mens sana redierit aut flos inventutis amasii perierit; atque ita quum iuvenem ab amatoribus deterrere studet, ipse, qui idem quod illi cupit, quamvis sophistice agat, consilium suum non plane occultat. Per multa sunt iudicia quae rem patefaciunt. Amici non διὰ φιλίαν modo sed ctiam διὰ ἀλλην τινὲς ἥδονὴν sermones inter se faciunt (232 B). De eo quod tam amator quam amicus non-amans cupit eodem utitur verbo πρᾶγμα (231 C) et ἐπράξαν (232 D). Amor amatoris nascitur ut dicimus *prima vista*, non-amantis e longa consuetudine; ille voluptatem solam quaerit, hic præterea etiam utilitatem, quam unam Lysias ipso verbo memorat. Si utitur rhetor 232 D verbo ἀρετῇ de non-amantibus, qua ἐπράξαν ὡν ἐδέσοντο, qua voti compotes sunt facti, prorsus hac voce abutitur: nihil est nisi species quaedam abstinentiae, quae οἰκειότης vocatur, et quam Socrates infra¹⁾ explicat et condemnat hisce ver-

1) 256. E.

bis: ή δὲ ἀπὸ τοῦ μὴ ἔρῶντος οἰκείωτης, σωφροσύνη θυητὴ κεκραμένη, θυητά τε καὶ Φειδωλὰ οἰκουμοῦσα, ἀνελευθερίαν ὑπὸ πλήθους ἐπαινουμένην ὡς ἀρετὴν τῇ φίλῃ ψυχῇ ἐντεκοῦσα, ἐννέα χιλιάδας ἑτῶν περὶ γῆν κυλινδουμένην αὐτὴν καὶ ὑπὸ γῆς ἀνουν παρέξει.

Si nobis licet exemplo uti, quo discriminem inter amatorem et eum quem non-amantem vocavimus, explicemus, dicimus: Amator sit impudicus, qui alias cum alia muliere rem habet, atque in concubinis eligendis unam venustatem corporis spectat. Non-amans vir sit ille qui mulierem quam ducere non vult amicam habet, cum qua vivat et quam non formositate captus, sed indole bene perspecta in domum suam recipit¹⁾. Lysias ideo iuvenem hortatur ut abstineat a peccato cum multis non vero a peccato. Una cum persona obscoenitates exerceat, ne fama bona pereat.

Ἐρωτικὸν hunc λόγον Phaedrus cum emphasi recitaverat et vix eam finivit, quum se ad Socratem vertens, rogat, quae de illa existimet. Socratis eam laudare incipit; dicit eam διαχονίας esse elaboratam, ita ut ipse obstupefactus sit, non tamen admiratione orationis sed enthūsiasmi lectoris, quem addit se multo peritiorem esse ad tales res diiudicandas, atque ita sibi esse concludendum in hac oratione nihil esse quod desideretur. Mox autem, a Phaedro adductus ad opinionem suam proferendam, dicit se in oratione tria desiderare: perfectam rei expositionem, artem rhetoricam cuius Lysiam

1) Ne quis existimet nos amorem paederastorum et amorem in concubinas plane aequare addimus: Utrumque contendimus esse peccatum; prius autem peccatum monstruosum, horrendum, ingens, posterius peccatum, quod non, ut dicere solemus, naturae repugnat.

peritissimum crediderat et artificiosam enunciationem, quam Phaedrus tam vehementer celebraverat. **Affirmat** se a veteribus et sapientibus viris ac mulieribus, ab Anacreonte et Sappho longe meliora hac in re audivisse, quibus vasis instar expletus esset, ita ut alia non detinenda de amore habeat, quae dicere possit; et quum talia dicit poetarum imitatur dictionem vid. 235 C. Phaedrus quum philosophum iocari contendit alteratio sit talis qualis ne Aristophanem quidem finxisse puderet, ita lepide utriusque personae indoles se in ea ostendit¹⁾). Mox a iuvene cogitur ut talem orationem exhibeat, quae non laboret vitiis, quae in Lysiana reprehenderat, et de codicem argumento agat. Socrates caput sibi pallio operit et orationem de Amore vulgari est habiturus.

PARS III.

237 A — 244 A.

PRIOR SOCRATIS ORATIO.

Capite operto Socrates invocat Musas: „Agite igitur o Musae, sive ob carminum genus *argutae* (*λύτειαι*, epitheton saepius Musis datum) appellatae estis, sive propter musicam Ligurum²⁾ gentem hoc cognomen acce-

1) Animadverte Phaedri minas et promissa, Socratis inscientiam et cupiditatem audiendi, quam comice descripta sunt.

2) Ligures narrantur, quum pugnarent, alteram exercitus partem armis uti, alteram paeanes canere. Nomina hoc igitur aptissimum est ad loquacitatem designandam.

pistis, adiuuate orationem meam, quam egregius hic puer me habere cogit, ut eius amicus iam ante sapiens habitus, nunc etiam sapientior videatur.

Dionysius Halicarnasseus hanc invocationem haud infacete comparat cum turbine, qui die sereno subito irruit; quod autem addit eam locutionis serenitatem turbare et abducere in poeticas ineptias non concedimus. Est sane turbo vel potius nuntius turbinis, qui mox invasurus est in Lysiae orationem, eamque ita fundet, ut non maior eius pars salva abeat. Libenter accedimus iis quae Dionysius porro dicit: „sunt soni inanes (bombast) et dithyrambi, verborum strepitum multum, vim autem *parvam* habentes;” immo vim *nullam*, nisi quod dicti sunt ad Lysiae loquacitatem, qui ter idem dixerat perstringendam, et notandum Socratem non ea dicturum esse, quae ipse sentiat, sed quae ab iis, qui Musas invocant, i. e. a poetis Anacreonte Sapphoque didicerit. Dicturus erat de Amore vulgari. Deos igitur invocat quae poesi vulgari praesident; mox quum Amoris coelestis laudem efferet, alios invocabit Deos, alio poeseos genere utetur. Sunt qui dicant Platonem hoc exordium sumpsisse a poeta quodam, sed nihil de hoc constat; et Volquardsen in eo vidit quod appellat: *Studie im Pindarischen Odenstil*. Hoc viro doctissimo auctore esset ἐγκέμιον, in quo Lysias eiusque ἑταῖρος Phaedrus essent heroes celebrati et victores. Fortasse et tmesis ξὺμ μοι λύθεται est dictio poetica²⁾). Invocatione facta Socrates pergit in forma narrationis: Fuit olim puer vel

1) I. l. p. 9. sqq. Cf. quae ibi dicuntur.

2) Cf. Ast. Phaedr. u. Sympr. 207 et Volq. l. l. 11.

potius adolescens mollis et pulcherrimus. Ei permulti erant amatores. Unus autem horum lepidus fuit, qui quanquam iuvenem non minus quam ceteri amabat, ei persuasit se illum non amare, et aliquando eum flagitans ei persuasit magis gratificandum esse non-amanti, quam amatori. Dixit autem haecce.

Hanc partem orationis Volquardsen dicit¹⁾ esse *Studie im Stil des Aesop*, et multa affert ad suam sententiam probandam; ex quibus pauca modo, quae nobis usui esse possint, describemus; sed quo magis perspicua sint textum Graecum apponemus.

Ἔν οὕτω δὴ παῖς, μᾶλλον δὲ μειρακίσκος, μάλια παιδός.
Τόντῳ δὲ ἡταν ἐρχοται πάνυ πολλοὶ. εἰς δὲ τις αὐτῶν αἱμύλος ἦν, ὃς οὐδενὸς ἥπτον ἐρῶν ἐπεπεικεὶ τὸν παιδα, ὃς οὐκ ἐρώντι καὶ ποτε αὐτὸν αἰτῶν ἔπειθε τοῦτ' αὐτὸν, ὃς μὴ ἐρῶντι πρὸ τοῦ ἐρῶντος δέοι χαρίζεσθαι· ἔλεγε τε ὁδε.

Artem et curam adhibuit Plato in sententiae vocibus eligendis et disponendis. Alliteratio invenitur *μᾶλλον* — *μειρακίσκος* — *μάλια* et *πάνυ πολλοὶ*. Neque rhythmus conveniens desideratur. Inde ab ἦν ad *παῖς* omnes syllabae sunt longae, quae efficiunt gravitatem dictionis. Tum post syllabam longam tres sequuntur trochaei et periodus finitur quattuor brevibus celeri cursu, quasi si ea quae dicantur non nisi leviter attingerentur. Propositio secunda item graviter incipit et leviter finitur. Periodus tertia incipit a dactylo, spondeo, dactylo et longa; sequuntur iambus, tres anapaesti, iambus, creticus et finitur dipodia οὐκ ἐρώντι. Haec rhythmī mutatio quam pulcherrime congruit cum rebus quae exponuntur. Dac-

1) l. l. p. 2.

tyli enim accommodati sunt narrationi ut anapaesti fervidae asseverationi. In proxima periodo usque ad $\alpha\tau\delta\nu$ dactylum et dipodium trochaicam, dum usque ad $\omega\varsigma$ duos iambos et creticum et dein dipodium trochaicam, duos iambos, duas trochaeas et tres invenimus longas. In fine autem quattuor sunt breves quae festinationem narrantis indicant. In $\ddot{\alpha}\delta\varepsilon$ est vocis sonus, (*toon*). — Talis autem cura periodorum formandarum indicat Platonem hac in re, ingenium poeticum suum aut summam linguae peritiam ostendere et exercere voluisse.

Oratio quae nunc sequitur si ad argumentum spectamus non multum abest a Lysiana, nam agit de Amore vulgari; sed si spectamus argumentationis modum non facile ullum discriminem maius esse poterit.

Quacunque de re nobis agendum sit, hoc in primis est efficiendum ut — definitione rei proposita — eidem verbo semper eandem tribuamus significationem. Hoc Socrates proponit et dein Amoris definitionem profert. Amorem esse cupiditatem quandam omnibus patet, sed quum non-amantes quoque pulchra amant criterium est quaerendum quo alterum ab altero dignoscere possimus. Duae in homine sunt facultates, quas sequimur, quoque ducant; altera innata est voluptas, altera exercitatione comparata est iudicium¹⁾ optimum appetens. Facultates illae interdum inter se consentiunt, interdum vero pugnant, atque alio tempore altera imperium tenet. Quum vero cupiditas rationis expers iudicium, quod rectum

1) Vox $\delta\delta\zeta\eta$ hic longe alia significatione usurpata est quam alias: hic est scientia, cognitio, alias est opinio. HEUSDIUS vertit: existimatio boni. SCHLEIERMACHER, Gesinnung. AST, Ueberzeugung.

appetit, superat, ipsa ad pulchritudinis voluptatem abripitur; denuo firmiter corroborata a sibi cognatis cupiditatibus corporum venustatem petit; qua duce si vincat ab ipsa vi (*σάμην*) nomen accipit et Amor (*ἔρως*) vocatur¹⁾.

Hanc Amoris definitionem quum dedisset, Socratis rogavit: Nonne et tibi videor, mi Phaedre, divino furore esse correptus (*θεῖον πάθος πεπονθέναι*). *Phaedr.* Prorsus ita et mihi videris o Socrates. Contra ac solet orationis flumen (*εὐφορία*) tibi accessit. *Socr.* Quietè igitur me audi; nam hic locus revera divinus esse videtur; ita ut si forte, oratione progrediente, a nymphis corripiar nemiceris. Nam ne nunc quidem multum abest quin dithyrambis loquar. *Phaedr.* Verissime dicis. *Socr.* Tu autem horum es in causa. Sed et cetera audi. Fortasse enim illud quod animum meum subit avertitur. Sed hoc Deo sit curae. Nobis revertendum est ad puerum, in oratione nostra.

De illo *dithyrambico* non disputabimus. Ex ipsa Graeciae orationis lectione satis apparebit, versionem latinum dare nolumus, metuentes ne longe maior pars venustatis pereat. Monotoniae quae per totam Lysiæ orationem dominatur opponitur scribendi ratio, quae a summa simplicitate progressa magis magisque se extendit, donec tandem in ipsa definitione ut torrens crescens ripas egrediatur atque omnia secum rapiens, subito dispareat. Si quodam loco res descriptæ sunt propriis verbis sane est hic. Sed malum est ea quae Astius²⁾ tam pulchre de hac sermonis parte dixit, describere, quam nostra minoris momenti addere.

1) Coniecturam secutus sum Krischii qui ἔρρωμένως ρωτεῖσα iungit cum ὑπὸ κάλλος et legit ἀγωγῆ.

2) Ast. *Phaedr.* u. *Gastm.* pag. 208.

„Absichtlich verflochten, überladen und zugleich gedrängt ist Socrates Rede in der ironischen Ableitung des Wortes Liebe vom gewaltigen Triebe (womit er die gemeinen Erotiker verspottet, denen die Liebe nichts anders ist, als der blinde leidenschaftliche Naturtrieb) im Griechischen des Wortes ἐρωτικός von ἐρωτη, die gewaltige Begierde. Dieser Naturtrieb ist der heftigste und ungestümste, die Besonnenheit ganz überwältigend und blindlings nach Befriedigung strebend; sein Wesen aber ist auch so wunderbar und sich selbst so widersprechend, dass man zweifelhaft sein könnte, ob man ihn den hinreissenden oder hingerissenen Trieb nennen solle; denn während er vom sinnlichen Schönen hingerissen wird, reisst er selbst, durch andere ihm verwandte Begierden verstärkt und entflammt, mit unwiderstehlicher Gewalt hin. Entgegengesetzt sind sich das active πραγματεῖσα und das passive ἐρωτικός ἐρωτεῖσα, so wie das passive ἀχθεῖσα und das active νικήσασα, das durch das bei gesetzte ἀγωγή noch verstärkt wird. Dazu kommt das Gehäufte der Participien, in deren gegenseitigem Drängen der wilde, ungestüme Drang der ihrer selbst nicht mächtigen Liebesbegierde gleichsam abgeschildert ist.“

Haud ab re videbitur si hisce addimus iudicium Dionysii Halicarnassei de hoc loco¹⁾ ut videamus, quā ea quae laudavimus ab eo sint reprehensi: — Ἐν τούτοις μὲν οὖν τὸ μὲν πραγματικὸν οὐδαμῆ μέμφομαι τοῦ ἀνδρὸς, τῆς δὲ λέξεώς τι μόριον τὸ περὶ τὴν τροπικὴν τε καὶ διμορφικὴν Φράσιν ἔκπιπτον, ἐν οἷς οὐ πρατεῖ τοῦ μετρίου. Ἐπιτιμῶ

1) Epist. ad Pompeium, pag. 32.

τ' οὐχ ὡς τῶν τυχόντων τῷ, ἀλλ' ὡς ἀνδρὶ μεγάλῳ καὶ ἔγγὺς τῆς θείας ἐληλυθότι Φύτεως, ὅτι τὸν δύκον τῆς ποιητικῆς κατασκευῆς ἐπὶ λόγους ἥγανε φιλοσόφους, ξυλώσας τοὺς περὶ Γοργίαν· ὕστε καὶ διευράμβοις τινὰ ποιεῖν ἐξιστά, καὶ μηδὲ ἀποκρύπτεσθαι τοῦτο τὸ ἀμάρτινα, ἀλλ' ὁμολογεῖν.

Dionysius autem, ut nostra fert opinio, non intellexisse videtur quae Plato spectaverit in hoc dicendi modo eligendo; attamen si ab alio quodam sane ab illo exspectare liceret, Platonem rectius iudicari. Quum enim dicat¹⁾ Platonem hanc dialogi partem eo consilio scripsisse, ut se aliis dicendi peritiorem probaret, sane ei accurata esset instituenda comparatio orationum Lysiae et Socratis; quod si fecisset, mirum videtur eum non modo ita iudicavisse sed etiam opinatum esse Platonem sibi fuisse conscientem talem scribendi rationem esse vitium et eo non contentum hoc confessum quoque esse. Longe aliud quid volunt verba Socratis: „Tu, mi Phaedre, omnium quae dixi in causa es!” ut iam supra monuimus. Nunc vero porgamus.

Socrates, hisce interiectis, persequitur narrationem. Nunc, dicit, agendum est de commodo et incommodo quae verisimile est, ut gratificanti iuveni eveniant ab amatore et a non-amante. Declarat amatorem perniciosum esse animo, corpori et rebus familiaribus amasii. Comparat amatorem cum aegrotante, cui omnia, quae fortiora aut paria sint in odio sunt, contra quidquid non repugnet gratum. Ita et amator amasium indoctum, ignarum, dicendi imperitum, quoad maxime possit, efficiet; praeterea quia etiam invidus est eum e bonorum

1) Epist. ad Pompeium pag. 27.

consuetudine excludet, quod gravissimum est damnum, nam ex optimorum familiaritate maxime vir bonus fieri posset. — Corpus autem amasii quam mollissimum et effeminitissimum esse cupit, neque solis neque laborum neque exercitationum patiens, sed tale quale in pugna nullus hostis metuat. Porro a patre, matre, cognatis et amicis eum alienare studet, quippe qui voluptati suae tot sunt impedimenta; et si amasius forte dives est, nihil amatori gratius esse potest, quam si divitiae ei pereunt; quum existimet divitias iuvenem amatum minus facilem captu aut captum difficiliorē servatu efficere. — Ac, quo magis etiam appareat indoles amatoris omnia ad suam nihil ad amasii voluptatem aut usum referentis, vota agit amator ut amasius quam diutissime careat rebus bonis et illa suavitate, quae ex nuptiis, liberis, domoque propria nasci possint.

Socrates illis nondum contentus probat mala quae ab amatore amasio afferantur, omnium malorum esse gravissima. Ex ceteris enim rebus malis voluptas aut iucunditas quaedam oritur, ab amatoris amore nulla, quippe qui quum non amasio sit aequalis, ei sit molestissimus tum propter sedulitatem quum propter formam iam senescentem et alia quac his sunt coniuncta. Postremum quum sana mens redierit amatori nihil eorum quae amasio est pollicitus, quorumque gratia hic tot molestiarum tulit, perficiet; contra amasium fugit ne iterum in dementiam, qua liberatus est, incidat, neque curat querelas, imprecationsve, quibus iuvenis eum insequatur. Haec, o iuvenis, tibi sunt perpendenda, et praeterea tenendum est: Amatoris amicitiam non esse benevolam, nam ut cibum satiandi causa:

ως λύκοι θρυ' ἀγαπώσ', ὡς παιδεῖ φιλοῦσιν ἔρχοται. Et hexametrum hunc quum orationis flumine correptus emisisset, Socrates exclamat: Τοῦτ' ἐκένο, ὡς φαιδρε! Vide iam versus loquor. Hoc est quod ante dixi, me dithyrambos propemodum loqui. Sed nihil amplius ex me audies, orationi meac hic finem impono.

Phaedrus vero hisee non est satisfactus. Altera orationis pars adhuc superest. De non-amanti et de commodis quae ab illo amasio contingere possint, adhuc dicendum est. Haec quum iuvenis memorasset, Socrates ei respondet: Nonne animadvertisisti, o beatissime, me iam versum heroicum esse locutum, non amplius dithyrambos, et hoc quidem quum vituperavi? Quid me facturum esse existimas si alterum laudare incipero? Scisne, me a Nymphis, quibus tu dedita opera me obieciisti, prorsus corruptum iri. Absolvam igitur uno verbo: Quot mala in altero reprehendimus, tot in altero bona sunt laudanda... atque flumen transgressus abibo, antequam abs te ad maiora cogar." Sed a Phaedro, qui de iis quae dicta sunt longius confabulari cupit, et hanc ob causam ei in memoriam revocat molestiam solis meridiani; nec non a daemonio, cui semper parebat, ab hoc consilio avertitur et dicit: Se peccasse in Deum, quippe qui δεινὸν, εὐήθην et ὑπό τι ἀσεβῆ sermonem de eo habuisse. Si Amor est deus aut divinum quid, non fieri potest ut malum sit. Sermonem autem ambo de eo, ut de malo, egimus, atque ita peccavimus in Deum. Praeterea et orationum simplicitas quam maxime fuit urbana, quod quum nihil sani veri dixerimus, tamen nos iactaverimus ac si mirum quid essemus, quum homunciones deceperimus et ab his laudati simus. Mihi, amice,

igitur necesse est ut me purgem. Iis autem, qui in mythis enarrandis a vero aberraverint est purgatio quaedam antiqua, quae Homerum latuit, Stesichorum vero non fugit, est palinodia; atque ne ut Homerus quid patiar ab Amore, conabor ei palinodiam canere, aperto capite, non ut ante prae pudore capite involuto. Tunc enim impudenter egimus, et homo nobilis et mitis ingenii si nos audivisset existimaret nos cum hominibus vilissimis esse educatos, nec usquam liberalem vidisse Amorem. Talis viri quum me pudeat, cupio, quia et Amorem ipsum vereor, ποτίμω λόγῳ οἶον ἀλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύσασθαι, potabili (i. e. suavi, dulci), sermone salsa (i. e. amara repugnantia) ea, quac audita sunt, abluere¹⁾. Suadeo etiam Lysiae ut quam citissime scribat amatori potius esse gratificandum quam non-amanti, si cetera sunt paria.” Atque nunc Phaedrus, cuius indoles facilis captu et omnia sperans nusquam deficit, exclamare: Bene scias hoc ita factum iri. Nam Amoris laude abs te dicta, non fieri potest, quin Lysias a me cogatur, ut de eo aliam scribat orationem. — „Hoc tibi credo, quamdiu Phaedrus es” ironice respondet Socrates, et mox quum incepturus est rogat: Ubi autem mihi est puer, ad quem locutus sum? Haec quoque audiat, ne hisce non auditis,

I) De verbo ἀλμυρός, de cuius usu vel potius elegantia satis est disputatum, vide Kreuzerum de Pulehrit. pag. 463 sqq. Cf. etiam Athen. III. cap. 94 (Edit. Bip.) ubi Ulpianus verba ἀλμυρός γλυκέστεν ἀποκλύσασθαι νέμασσε carpit ut barbarem elocutionem. Non credimus usum huius verbi apud Platonem iure vituperari. Socrates quum nuper de nautis dixerit corum uti vult dieendi ratione. Et quibus verbis melius expōnere potuisset quam immensum foret discrimen inter orationem iam habitam et eam quam mox prolaturus est?

praepropere se non-amanti tradat. Et Phaedrus, qui ut existimare licet horum verborum vim non intelligit respondere: Ille tibi quam proxime semper adest, quando-cunque tu vis.

Hac in parte multa invenimus quae digna sunt accuratiore consideratione.

Socrates dicit orationem quam habuit non esse suam sed Phaedri, a quo os suum delimitum esset. Quid hoc velit satis est perspicuum. Socrates de Amore egit, quem Phaedrus, Lysiae discipulus, ita appellabat, non de illo, quem ipse Amorem dixit, et ne cui sibi ratio esset reddenda huiusmodi Amoris, non semel sed iterum itorumque ipsum sermonem a se reiicit.

De eadem re igitur agit de qua et Lysias egit, sed si dnobus de eadem re agendum est, saepius maximum erit discriben inter ea quae facient.

Lysias res confusius exposuerat, atque saepius idem dixerat, nihil autem tale in Socratis oratione offendimus, in qua summa simplicitas principem occupat locum, et quae nihilominus venustissima est. Res gradatim expnuntur; Amator est perniciosus corpori, animo, omnibus rebus et praeterea etiam molestus et ingratus.

Lysias quum saepe alluserat ad obscoenitates, frustra tales allusiones hic quaerimus; immo potius vel interdum indicia videmus illius Amoris qui non corpus formosum sed animum pulchrum quaerit, et de quo mox acturus est. Ita 239 B. legimus de θείᾳ φιλοσοφίᾳ et 241 C dicit amatorem esse perniciossimum animo οὐτε ἀνθρώποις, οὐτε θεοῖς τῇ ἀληθείᾳ τιμιάτερον οὐτε ἔστιν οὐτε ποτὲ ἔσται.

De commodis quae a non-amanti oriri possint, nihil

dicit. Hic enim falsa virtutis specie idem cupit quod Amator, et quo occultius agit, eo magis erit abhorrendus. Fidelis est Plato iis quae in Republica proponit indiciis boni viri, qui bonum vult imitari virum, non autem malum nisi quum boni quid ille dicat aut agat. Socrates, quum non-amans incommoda enumerat quae ex amatore amasio contingere possint, quum igitur honesti quid agit, eius partes suscipere vult. Quum vero de mentitis plerumque commodis quae a non-amante nasci possint narraturus esset — eum imitari non vult. Hauc partem sane suscipere potuisset si de paedesteriae pulchrae innocua parte agere voluisse, sed tunc de alia re egisset, ac Lysias, et hoc loco id facere non potuit, quia sibi oratio de eadem re atque Lysiae habenda fuit. Et praeterea quomodo ipse, qui se confitebatur amatorem et omnium quidem amatorem esse¹⁾, commodity quae amato a non-amante contingere possent, enumeraret!

Sed hactenus quod attinet ad summam orationis. Si ad locutionem attendimus, nihil est quod desideremus. Quum Lysiaca scribendi ratio languida est, Socratis verba fluere vel potius volare videntur. Ad singulas quum venit orationis partes rhythmus se sentire facit ἀνὴρ ἔχων ἔρωτα (239 C) σίς δὲ μέθην λέντος πρὸς τῷ μὴ ἀνεκτῷ ἐπ' αἰσχει παρόντοι πατακορεῖ καὶ ἀναπεπταμένη χρωμένου (240 E)²⁾, et in fine orationis perfectus nascitur hexameter.

Et ne quis existimet fortuito haec metra nata esse

1) Cf. Leges 106 c. Memorab. II. 6. 28.

2) Vide Krische. I. I. p. 35.

Socrates 238 D iam dixerat se forte divino furore concitatum iri: Plato in hoc dialogo scribendo momentum temporis impetui poetico indulgere voluit, dum de rebus ageret, quae themata constituant poematum, Anacreontis aliorumque: non vero diu nec omnibus in partibus poetam agere voluit, nec potuit quidem. Erat enim Φιλόσοφος, φιλόκαλος, μουσικός et ἐρωτικός (248 D) qui principem tenet locum et ita longe superior τοῦ ποιητικοῦ, qui sextum modo locum obtinet (248 E.) Ipse Φιλόσοφῶν ἀδόλως et παιδερακτῶν μετὰ Φιλόσοφίας (249 A) non ignorat, quis sit amor, et quae poesis vulgaris; illum verisimile, hanc certe coluerat; de altero igitur recte loqui, alteram bene tractare potuit. Mox autem alium amorem nec non altius poeseos genus ostendet et tunc omnibus ingenii viribus panget fabulam s. mythum vel potius carmen de animo et amore, in quo nihil erit, quod non splendeat. Sed de his postea. In iis quae tractavimus non negligendus est apparatus prorsus dramaticus: caput opertum, desiderium abeundi, sol meridianus, fiducia Phaedri. Neque usus adiectivorum poeticorum est spermendus ut ἀλυμφός εἰ πότιμος; χρυσοῦς epith. Phaedri (simul ad derisionem eius aurearum statuarum) et verba ξυνεβάλχευτα μετὰ τοῦ τῆς θείας κεφαλῆς.

De ironia quae per totam fere orationem abundat cf. Astium, Platons Leb. u. Schriften. 101 sqq.

Antequam autem ad alteram Socratis orationem expoundam pergamus, nonnulla nobis dicenda sunt de Paederastia et de modo quo et Socrates se paederastam immo amatorem dicere possit.

Ut plura verba etiam paederastia duas habet significaciones, alteram in bonam, alteram in malam par-

tem; paederastia enim ipsa se in duobus illis formis ostendit. Utriusque formae apud Graecos exempla invenimus, et ita eius defensores et reprehensores existiterunt. Sunt qui dicant eam natam esse ex amicitia, nobilissimo huins vocis sensu, et qui iam eius vestigia invenire velint apud Theseum et Pirithoum, Orestem et Pyladem, Achillem et Patroclum. Eius ortum explicant ex temporum indole, quum nullis certis legibus constitutis, singuli aliorum qui fortiores essent, lubidini fuerunt obnoxii, et ut sibi adiutores aut ultores compararent, amicitiam arctissimam ad totam vitam inierunt. Ad quam opinionem probandam afferuntur tales amicitiae, quae etiam nostro tempore apud gentes feroce inveniuntur, et quarum multa invenimus exempla in medio aevo apud eos qui se invicem *fratre d'armes* appellaverunt. — Sed cultura et humanitate progrediente et necessitate talis auxilii minuta huiusmodi amicitiae rariores fiunt, nisi quaedam res exsistat, quae cas denuo tam arctiores quam etiam crebriores faciat. Tales res fuit apud Gracos consuetudo iuvenum in gymnasiis nudis corporibus exercendorum, qua corpora et robustiora et venustiora facta sunt. Artifices, tam pictores quam sculptores, his corporibus imagines etiam magis perfectas populo ante oculos proposuerunt. Elegantia Graecorum hisce formis tam vivis quam arte confectis semper excolebatur et mox in Amorem pulchrorum corporum abiit. Insatiable venustatis videndae siti commoti ad iuvenes insigni corpore praeditos proprius accedere, et cum iis quam saepeissime et diutissime tempus agere studebant, et omnem adhibebant operam ut sibi eorum amicitiam confirmarent. Qui huic favent de paederastiae ortu opinioni, ple-

rumque eius sunt defensores, et si iuvenum amor non ultra esset progressus, sane nulla esset causa, quare eum non laudaremus; esset enim amicitia, quam in Pythia et Damone admiramus, quam etiam apud Thebanorum Sacram Cohortem invenimus¹⁾, et quae appellatur animorum proborum saneta coniunctio, qua ad summas res gerendas convenienter et tam anxie alterius virtutem curarent ut crudelissimam mortem potius subirent quam paterentur amasium aut amatorem e vili actione ignominiam accipere. Haec paederastia mater et altrix esse potuisse omnium virtutum, quae hominis duri et crudelis animum ad misericordiam et beneficentiam moveant, quae ignari animum ad fortitudinem confirmant et ad virtutem quae vinci non possit: quae hominis animum ab omnibus reconditis vitiis et indecoris voluntatibus purgent²⁾. Sed Amor ille in iuvenes hic non constitit et elegantia illa abiit in turpissimum vitium, ita turpe ut cum vera amicitia nihil commune ei esse possit. Alii modo eius ortum explicare conati sunt. Constat autem paederastiam illam perniciosa non utique propriam fuisse Graecorum, licet Graeci contenderint Barbaras gentes eam ab ipsis accepisse; nam iam tempore quo Abrahamus patriarchus vixit anno 2000 a. Chr. natum, incolae Sodomae id vitium commiserunt; et etiam, nostris temporibus, ut videtur in-

1) Huius cohortis milites nullo nisi pure vel potius sanctissima amicitia inter se coniunctos fuisse, ut mihi videtur satis patet ex iis quae apud Plut. (Vit. Pelop. XVIII in fine) legimus: Φίλιππον θαυμάσαντα καὶ πυθμενον ὡς ἡ τῶν ἱραστῶν καὶ τῶν ἐρωμένων σύντος εἰη λέχος, δακρύσας καὶ εἶπεν Ἀπόλοιντο κακῶς οἱ τούτους τι ποιεῖν ή πάσχειν αἰσχρὸν ἔποιοσύντες.

2) Meiuers, Verm. Schrift. I. 75.

colae regionum in meridiem spectantium, huius peccati non plane insontes sunt. Nusquam autem et in nulla regione ita floruit ut in Graecia; ad quod explicandum multae enumeratae sunt causae; in primis quia Graeci mulieres secluderent et in contemptu haberent, et viri semper cum viris in gymnasiis, in porticibus, in foris, in conviviis degerent, et in gymnasiis nudas formas formosas viderent. Huic addi possunt, elegantia Graecorum, coeli calor et ipsorum legislatorum, Lyceurgi et Solonis v. c. instituta, qui quum ex amicitiis virorum et iuvenum inter se multa bona pro republica exspectarent, iis favebant¹⁾ non autem sine restrictione; nam et graves poenas constituebant in eos qui non animum sed corpus pulchri iuvenis amarent eoque abuterentur.²⁾ Mox autem pulcher ille et utilis amor non nisi in paucis bonis inveniebatur; maior pars populi, et inter illos vel poetae et oratores³⁾ obscoenam illam paederastiam colebant; et ut fit, moribus mutatis etiam leges mutatae sunt. Publice de vitio illo loqui ausi sunt, ut Alcibiades e. g. in Symposium, de nocte quam cum Socrate degerat; et Aeschines vel in ipso iudicio confitetur se interdum ad manus venisse cum rivalibus propter civis iuvenis possessionem.⁴⁾ Tale fuit vitium, cuius funestos eventus Lysias et Socrates in priore oratione enumorant. Mirum profecto videtur Platonem in Republica sua, amorem

1) Cf. Xenoph. de Laced. Rep. II. 13. etiam Symposium. 182 B., Plutarchum: Solon I., Maxim. Tyr. Diss XXVI.

2) Cf. Aelian. Var. Hist. III. 10 et 12.

3) Cf. Limburg Brouwer, Hist. de la Civil. Mor. et Rel. II. 232 sqq.

4) Aeschines, contr. Timarch.

erga iuvenes permisisse, quum ipse sciret, ad quantam intemperantiam haec permissio ansam dare possit. Multi inde concluserunt Platonem ipsum non abheruisse ab illo vitio, quod ex moribus eius temporis desiisset vitium appellari. Non ita nos; credimus enim Platonem quum hoc permisit, cogitare de iis quae Lycurgus iusserat, et de more et vita incorrupta Spartiarum. — Et Socrates quum diceret se in primis operam dare arti amatoriae, et omnibus verbis uteretur, quibus et paedestrasti vulgares utebantur, longe aliud quid voluit, quam gratificari libidini obscoenae; studebat enim ut in omnibus rebus ita etiam in hac prodesse civibus suis. Pulcherrime Maximus Tyrinus¹⁾ Socratis agendi rationem in fabolla proposuit, quam ut huic quaestioni finem imponamus descriptsimus. „Pastor quidam et Ianio simul incedebant: inter eundum evenit ut agnum pinguissimum seorsum a grege suo viderent aberrare: accurrit uterque. Agnus ergo, ut sciret, cui se committeret (nam tum temporis humano more bruta loquebantur) qui uterque eorum esset exquirit. Ubi quae res erat, cognovit, artemque utriusque satis percepit, pastori se tradit. Laniioni contra: „Tu” inquit, carnifex es, gregisque nostri crudelis mactator: huic vero gens non invisa sumus.” Confer si placet, ex praescripto huius fabulae amatores illos cum multis laniionibus, Socratem cum pastore uno; adolescentulos Atticos cum pecoribus quae a grege suo aberrant; nam et hi eodem more inter se loquuntur, revera tamen, neque pro fabularum licentia. Quid ergo facturus est, quum carnifices hos formae insidiari adolescentulorum

1) Diss. XXV. pag. 300, versio Davisii.

videbit hie pastor, magnoque impetu accurrere? permittet hoc, tacitusque adstabat? Ita ipsis crudelior tortoribus esset. Immo curret ut illis insequetur eodem modo, sed alio finc. Et tamen imperitus aliquis, qui artem quam uterque profitetur, ignorat, aut qui causam currendi nescit, currere utrumque in perniciem putabit agni, donec finem videbit; tum enim cursum laudabit, imitari conabitur diligentiam, mirabitur hunc venatorem, beatam iudicabit ipsam praedam. Quare amare se profitebatur Socrates et amare quidem omnes; currebat etiam cum aliis, sequebatur formosos, rivales suos praevertebat, omnesque carnificum praccidebat conatus. Nam et laboris erat patientior, et amoris peritior et ad capiendum dexterior: nec sine causa. Aliis enim Amor libidinis nomen erat, quod in mediis sine certa sede errat voluptatibus, cuius fons et origo est flos corporis, qui oculos intrat, ex oculis in animum delabitur; prima enim via quo pulchritudo sese insinuat sunt oculi: at vero Amor Socratis diligentia studioque consequendi similis erat reliquis, libidine differebat; si voluptatem spectes, temperantior: si virtutem, solertior: cuius fons et origo erat pulchritudo animi, quae e corpore elucebat."

PARS IV.

244 A — 257 C.

ALTERA SOCRATIS ORATIO.

Socrates dicit orationem iam prolatam esse Phaedri Pythoclis filii, Myrrhenusii, quam dicturus est tribuit Stesichoro, Euphemii filio ab Himera oriundo¹⁾. Dein ad Stesichori exemplum, iisdemque utens verbis: Οὐκ ἔστι τὸν ἔτυμος λόγος, quibus hic usus est, quum vituperium quod ante in Helenam iecisset, evertere conatur, Socrates palinodiam canere incipit et dicit furorem (*μανίαν*) non sine exceptione esse malum, neque Amatorem, quippe qui furore esset correptus (*μαίνεται*), contemnendum esse prae non-amante. Furor enim a Diis datus, qualèm in Pythica sacerdote et in Sibylla invenimus, maximi est faciens, atque longe praeferendus augurandi disciplinae humanae, licet cultae a viris mentis prorsus compotibus (*τῶν ἐμφεύγων ζῆτησει τοῦ μέλλοντος, διὰ τε ἐριθῶν παιουμένη καὶ τὸν ἄλλων σημεῖον*). Nec hac specie multo inferior est furor, qui remedia invenit morborum, calamitatumque. Tertium *μανίας* genus, quod prodest, est furor poeticus qui factis maiorum memorandis posteros educat. In hisce tribus, nec non in aliis à Diis immisis furoribus pulchra facta indicari possunt, itaque nulla oratio nos turbabit, quae efficere vellet amicum

1) De horum nominum significatione et usu cf. Astium Plat. Leb. u. Schrift. pag. 104.

sobrum esse anteponendum viro commotae mentis¹⁾, neque ei palma victoriae est concedenda, nisi insuper edocuerit, nunquam ad salutem amorem a diis immitti amasio, aut amatori. Nobis, dicit Socrates, contra est demonstrandum hunc furorem ad summam felicitatem nobis a diis dari. Hacc demonstratio rixandi cupidis (*δεινοῖς*, sophistis) incredibilis, sapientibus autem probabilis videbitur. Sed ante oportet nos de natura animi tam humani, quam divini, rectas habere notiones, quas comparare possimus, si eius perturbationes et opera perspexerimus.

Omnis animus aeternus est; nam quod semper movetur aeternum est. Quod autem motum affert alicui, quodque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus vivendi finem habeat necesse est. Solum igitur quod se ipsum movet, quia nunquam deseritur a se, nunquam ne moveri quidem desinit: quin etiam ceteris, quae moventur, hic sors, hoc principium est movendi. Principii autem nulla est origo. Nam ex principio oriuntur omnia: ipsum autem nulla ex re nasci potest, nec enim esset principium quod gigneretur aliunde²⁾. Quod

1) *δεδίττομαι* ex auctoritate Heindorffii non *tenendi* sed potius *osten-dendi* significatione accepimus (a rad. *δειν.* *δικ.* *διτ.*)

2) Ita vertit Cicero (*Tuse. I:23*). Ex hac versione nata est lectio quam et Stallbaumius tradit, et quam Muretus primus ex Codice Vind. 4. coniecit. Nunc enim legimus: *εἰ γὰρ ἐξ τοῦ ἀρχῆς γέγοντο, οὐκ ἂν ἀρχὴ γέγοντο.* Codices omnes exhibent *οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γέγοντο*, quod Krische nuper defendit; qui diecit: „Das Subject zu dem *οὐκ ἂν* *εἰ* *ἀρχὴ γέγοντο* liegt in dem vorigen *πᾶν τὸ γεγόνεσσον*, und die einfache Eleatische Schlussweise ist diese, dass wenn die *ἀρχὴ* aus etwas entstände, alles Entstehende nicht aus der *ἀρχὴ* aus der es doch dem aufgestellten Grundsatz gemäss entspringen muss, entstehen würde.“ Ciceronis versio

si nunquam oritur, ne occidit quidem unquam. Nam principium extinctum nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit, siquidem necesse est a principio oriri omnia. Ita fit ut motus principium ex eo sit, quod ipsum a se movetur: id autem nec nasci potest, nec mori; vel concidat omne coelum, omnisque natura consistat necesse est, nec vim ullam nanciscatur, qua a primo impulso moveatur. Quum pateat igitur, aeternum id esse, quod se ipsum moveat, nemo iam verendum abutitur affirmare eam ipsam esse animi naturam atque notionem (ut nempe se ipse moveat.)¹⁾. Inanum est enim omne quod pulsu agitatur externo: quod autem animal est, id motu cietur interiore et suo. Nam haec est propria natura animi atque vis. Quae si est una ex omnibus, quae se ipsa semper moveat, neque nata certe est, et aeterna est. De eius aeternitate igitur haec sufficient. De eius natura autem ita est dicendum. Qualis sit animus prorsus divinae et prolixae enarrationis esset explicare; cui sit similis humanae et brevioris. Eo igitur modo dicamus.”

Quae nunc sequitur est fabula illa clara, de animi natura, de eius facultatibus, et idearum contemplatione, quam priusquam pro nostra virili parte versuri sumus pauca dicenda sunt de fabulis Platonicis.

Fabulas interpretari quae apud Platonem occurrunt

non est versio ad verbum expressa, sed potius explicatio habenda. Cf. Epist. ad Att. XV: 13, 6.

1) Cicero eius versionem descripsi pro *nemo iam . . . notionem* habet *quis est qui hanc naturam animis esse tributam neget*. Secutus sum in versione Stallbaumum, Astium et Schleiermacherum qui vocem λόγον vertit *Begriff*.

difficillima sane res est. Nam uti nolumus illas accipere ut narrationes quasdam inanes, quibus puerorum instar oblectemur tantummodo, ita cavendum est maxime ne iis sensum significationemque tribuamus a philosophi mente abhorrentem. Sed in ipsa etiam exquirenda auctoris mente et sententia facile committimus hocce, ut, forma neglecta, destituamus eas omni gratia et venustate, immo vi maxima, quae forma, habitu, imagine unice exprimitur et veluti oculis proponitur. Quid igitur? In philosophia tradenda Platonis enarrandae nobis tantummodo sunt, quae apud eum occurrunt fabulae? Immo vero explicandae videntur simul et illustrandae sed ex ipsa antiquitatis et Platonis ratione¹⁾.

In Platonis scriptis plures invenimus fabulas. In Phaedro, in Symposio, in Timaeo, in Critia, in Republica (Lib. X) in Gorgia, Politico et Phaedone μῦθοι occurrunt, quos si conferimus, simulque attendimus quae Plato, priusquam fabulam narrat, aut mytho prolato, monet, prorsus dicturi sumus; Platonem alio modo res exponere non potuisse nisi fabularum usu²⁾). In fabulis enim plerumque res tractantur, ad quarum scientiam pervenire homini non est datum. Agunt enim aut deorum daemonumve natura, aut de universi molitione,

1) Van Heusde, Init. phil. Plat. I. pag. 119.

2) Legimus v. c. in Timaeo 29. C. ἐάν οὖν πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως μὴ δυνατοί γιγνόμεθα πάντη πάντως αὐτοὺς αὐτοῖς ὄμολογουμένους λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδούνται, μή θυμάσῃς, ἀλλ' ἐάν ἄρα μηδενὸς ήττον παρεχόμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή, μεμνημένου, ὡς ὁ λέγων ἔγαν ὑμεῖς τε εἰ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν διτε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους πρέπει τούτου μηδὲν ἔτι περὰ ζητεῖν. Cf. etiam Critiam p. 107 A. B. Gorgiam 527 A. Phaedonem 108 B et 114 D etc.

de causis effectricibus conservatricibusque rerum, aut de animi natura, de eius prae-existentia, de conditione post mortem, de inferis, similibusque. In hisce omnibus si verisimilitudinem attingimus, ea contenti esse debemus.

Cum aliis¹⁾ tria genera fabularum enumerare possumus, *theologicum*, *physicum* et *de animo*, sed quia fere semper omnia genera indiscreta, nullumque fabulam invenimus quae de uno modo horum generum agit, distinctio talis non videmus cui conducat. Sunt²⁾ qui mythos illos vitiosam dictionem appellant, qua Plato usus esset ut sibi et aliis occultaret obscuritatem rerum notitiarum, quia de rebus scribere ausus esset, quas nondum satis explanatas accepisset ab aliis, et quibus explicandis ipse operam dare noluisse. Alii contra³⁾ illos summis laudibus efferunt, non modo in iis vestigia coloris poetici inveniunt, sed contendunt Platonem quo magis in philosophia profecisset, eo magis mythis esse usum; immo mythos illos certum esse signum, dialogos in quibus inveniantur a Platone iam proiectiore aetate esse conscriptos. Neutri opinioni favere possumus; credimus medium quoddam esse, quod probabilius sit. Philosophus necessitati parens ad fabulas confugit, neque eas de industria invenit et excogitavit⁴⁾; aliter rem quam exponere voluit, enuntiare non potuit, sive quia nondum satis versatus in dialectica, notiones (ideas) non iam pura forma exprimere potuerit, sive quia, quamquam artis dialecticae peritissimus (ut in Timaeo) pe-

1) e. g. Volquardsen l. l. pag. 105.

2) Meiners, Phil. Schr. I. pag. 19.

3) Hermann. pag. 379 et 511. Steinh. pag. 40.

4) Cf. Jahn, Dissert. Platon. pag. 35 et Arist. Met. 2: 1.

nitus senserit, numquam rerum, quae tractandae sint, cognitionem certam datum iri. Primo in casu, mens divino furore correpta, ut ipsius Platonis verbis utamur, quamquam notionem puram non plane tenet, eam prae-sagit, phantasiam adiutricem adhibet, imaginem creat, ποιεῖ, et tunc primo verbi ποιεῖν sensu significationeque fit ποιητής. Tum ei accidit, quod et Raphaeli quum sanctae virginis imaginem picturus erat; quamdiu rerum sub oculos cadentium imagini adhaeret, iisque conferendis, et ex iis singulis partibus eligendis totum quid exprimere vult, aberrat. Opus quod ex his conflatis partibus conficit, non ei ipsi placet. Sed quum omnibus aliis posthabitatis, imaginem, quae ei, in animo tanquam adest, exprimere conatur, tum fit ut res ipsa, iam clarioribus coloribus et magis perspicuis lineamentis se ostendat, tanquam in ipsa vita sc ante eum ponat, et tum pictura nascitur, quam et pictor ipse admiratur, et quam omnes qui videant exclamare coguntur: haec imago quam est pulchra et quam vera! Altero in casu, imagines minus sunt ornatae, alii dicant infectae colore poetico. Tunc enim philosophus, quum dialectice agere institerit, et ad finem dialecticac pervenerit, non illam missam facit, sed eam adhibet ad imaginem quaerendam et proponendam. Imagines autem huiusmodi comparare possumus cum iis quas poetae interdum nobis proponunt, quum entusiasmo deficiente, ratione modo loquente, imagines inducunt, quas usque ad minimas partes inspicere licet, et in quibus nihil invenias quod non applicari possit, sed nulla animi elatio has imagines procreavit, nullam animi elationem ipsae procreabunt. Non dubitamus igitur palmam tradere mythis, quos Plato, arte

dialectica deficiente, fecit, et inter illos mythos omnium fere consensu principem noster occupat locum. Haec de Platonis mythis generatim ac universe dicenda esse credimus; mox, Socratis oratione lecta, opportunitas dabitur huic mytho accuratius tractando.

FABULA E PHAEDRO.

246 A — 257 B.

Similis sit igitur animus concretae cuidam naturae (*δυνάμει*) ex auriga bigisque alatis. Deorum autem equi et aurigae omnes et ipsi sunt boni et ex bonis orti, ceterorum vero equi sunt mixti. Nobis autem primum dux bigas regit, dein equorum alter est pulcher et bonus, et ex pulchris bonisque ortus, alter ex malis ortus et ipse malus. Difficile ita et grave necesse est ut apud nos sit moderamen. Qua ratione autem hoc animal mortale et illud immortale appelleatur, explicare conabimur. Quidquid animum appellamus omnibus, quae animo carent, praest, totumque coelum peragrat, alias in aliis formis existens. Perfectus quidem qui est animus et pennis instructus in altum evolat, totumque coelum perlustrat; qui autem pellas amisit fertur praeceps, donec solidum quid prehendat, quo tanquam in domo se collocet, et corpus terrenum accipiat, quod nunc semetipsum moveat videtur per illius vim: animans haec animi corporis que concretio appellatur, cognomenque habet mortale.

Immortale autem animal nomen suum nactum est neutrquam ex ratione bene perpensa; sed informamus, quum deum nec viderimus, nec satis intellexerimus, immortale quoddam animal quod animum habeat, habeatque et corpus, ac praeterea utrumque in perpetuum (non ad breve tempus) concreta habeat. Sed haec quomodo Deo placet, sic habeat, itaque de iis sit dictum. Causam vero alarum iacturae, ob quam animo effluant exploremus. Est autem huiusmodi:

Alae vis ita comparata est ut gravia sursum evehat in ea loca, in quibus deorum genus habitat; et ex omnibus quae ad corpus pertinent, ala maxime particeps est rerum divinarum.¹⁾ Divinum autem pulchrum est, sapiens, bonum et omnia huiusmodi. Hisce maxime nutriuntur augenturque animi pennae; turpibus vero et malis, omnibusque contrariis rebus corrumpitur, funditusque perit.

Magnus autem rector in coelo, Jupiter, alatum currum agens primus incedit, omnia constituens et curans. Hunc sequitur agmen deorum et daemonum in undecim distributum acies. Vesta enim sola in deorum manet domo. Ceteri autem quotquot in duodecim numero constituuntur dei, duces praeceunt in ordine, qui cuique est assignatus. Multa quidem et beata sunt spectacula et compita in coelo quae Deorum terit genus, quum perficit quisque sua. Sequitur semper qui vult atque potest, nam invidia exclusa est e Deorum choro.

1) Ita vertimus ex auctoritate omnium, qui vocem φύσιν omittunt; πτερόν est nominativus non expressus: τὰ πτερὰ τὸ σῶμα non idem est quod σωματοειδῆ, sed in proprio et primo verborum sensu accipiendum. Cf. Krische Platon's Phaedr. pag. 55 in annotatione.

Quando autem ad epulas et convivia proficiscuntur sum-
mum sub coelestum fornicem escendant iam per acclive.
Deorum quidem vehicula aequilibrium quum servent fa-
cileque frenis regantur facile proficiscuntur; cetera aegre
pergunt, nam equus ille pravitate affectus, si antea non
bene instructus erat ab auriga, ad terram tendens et
omne suum pondus adhibens vehiculum deorsum trahit.
Inde labor et summum animo oritur certamen. Immor-
tales autem qui dicuntur, ubi ad summum pervenerunt,
foras progressi in coeli dorso consistunt; ibique consis-
tentes circumaguntur coeli motu et contemplantur quae
extra coelum sunt.

Locum autem supra coelum nullus poetarum nostro-
rum celebravit neque unquam digne celebrabit. Est vero
huiusmodi; conandum enim est verum dicere, praescer-
tim quum de vero agatur. Natura enim, quae revera
est (*εὐστία ἐντελεχεία*), quaeque coloribus, forma materia-
que caret, a mente sola animi duce spectari potest;
circaque eam absolutae scientiae genus hunc occupat lo-
cum. Dei autem mens, quum ratione et scientia sin-
cera nutriatur, itemque uniuscuiusque animi, cui con-
gruum suscipere curae sit, si post aliquod intervallum
 $\tauὸ\ δὲ$ spectat, gaudet et verum contemplans nutritur et
felicitate fructur donec versatio in orbe eam ad eundem
reducerit locum. In circuitu perspicit ipsam iustitiam,
perspicit temperantiam (*σωφροσύνην*) perspicit et scientiam,
non eam quidem quae orta est, neque quae alia est in
aliis rebus, quas nos $\tauὰ\ ἐντελεχεία$ dicimus, sed scientiam
illam, quae est in eo quod revera est ($\tauῷ\ δὲ\ ἐστιν\ δὲ\ ἐντελεχεία$). Ceteraque $\tauὰ\ ἐντελεχεία$ διντελεχεία; quum eodem modo per-
spexit, iisque pastus est interiorem coeli partem subiens

domum revertitur, eoque quum venit auriga equos ad praesepem locat, ambrosiam iis proiicit nectarque insuper potum praebet.

Et haec quidem deorum est vita. Ceterorum autem animorum, qui optime Deum sequitur imitaturque caput aurigae extollit in externum locum, et in circuitu una circumagit, turbatus autem ab equis et vix perspiciens τὰ ὄντα. Alius modo elatus modo submersus est, equisque aegre fermentibus alia vidit, alia non vidit. Ceteri vero omnes supremum petentes sequuntur, sed quia se tollere non possunt, submersi (sub coeli superficiem nempe) circumaguntur, semet invicem calcantes urgentesque quum aliis alium praevertere conetur.

Turba igitur et certamen et sudor plurimus oritur, ubi propter aurigarum imperitiam multi claudi fiunt, multisque multae pennae franguntur, et omnes, multum quum frustra adhibuerunt laborem, desistunt a veri contemplatione, et postquam abierunt nutritione opinabili utuntur. Causa ob quam magnum illud studium exstitit videndi ubi sit veritatis campus, est haecce. Pascuum praestantissimae animi parti conveniens in illo est prato; penna, qua animus se tollit natura sua ita comparata est ut eo nutritatur, atque ita fert Adrastiae lex: „Animus qui Deo comes quid veri perspexerit usque ad alterum circuitum illaesus sit; et si semper hoc perficere possit, nullo afficiatur unquam damno.” Quum vero sequi nequiens, nihil videat et casu quodam oblivione et pravitate impletus deprimatur, in ea depressione pennas amittat et in terram cadat, tum lex est: Eum in prima generatione nondum fera natura includi, sed qui plurimum vidi foetu viri, qui quondam philosophus, pulchri

musicaeve amans aut amatorius erit: alter foetu regis iusti aut bellici et ad regnandum apti: tertius politici, oeconomici cuiusdam aut quaestuarii. Quartus foetu viri qui exercendi gratia labores non fugiet, aut qui corporis medicus erit: quintus vatis aut mystici vitam aget. Sexto coniungitur poeta, aut imitator quis. Septimo faber aut agricola, octavo sophista aut captator gratiae populi: nono, tyrannus. Ex hisce omnibus quicunque iuste peregerit, melioris sortis fit particeps, qui iniuste, vero peioris.

Nam quivis animus eo, unde venit, non redit per decem millia annorum: ante hoc spatium enim non alis instruitur, eo excepto qui pure philosophatur, aut pueros amat. Hi in tertio circuitu mille annorum, si ter deinceps eandem elegerint vitam, itaque anno ter millesimo alis instructi (ad pristinam sedem) revertuntur. Ceteri, prima vita poracta, in iudicium vocantur. Iudicatorum autem alii ad subterranea suppliciorum loca abeuntes, dant poenas: alii vero in coeli quandam locum per iudicium sublati, ibi vivunt convenienter vitae quam in hominis forma egerunt. Anno millesimo utrique perveniunt ad sortitionem et electionem secundae vitae, eliguntque quam quisque cupit. Tunc et animus humanus in vitam ferae pervenit, et qui ante fuit homo, e fera ad hominis fuguram reverti potest. Animus enim qui nunquam conspexit veritatem, non ad hanc (humanam) formam veniet. Oportet enim hominem intelligere id quod speciem (ideam) appellamus, quodque c multis prodit sensuum perceptionibus, et ratione in unum comprehenditur. Haec est recordatio earum rerum, quas animus noster olim vidit, quum Deum sequens despexit ea quae nunc esse dicimus, et emer-

sit in id quod revera est. Idcirco iure sola philosophi mens alis instruitur: nam recordatione semper pro viribus in illis rebus defixa est, in quibus deus infixus est deus. Qui hisce recordationibus recte utitur, perfectis initiationibus semper initiatus, solus vir revera perfectus exsistit. Humanis studiis quum abstineat, in divinoque occupatus sit a vulgo quidem castigatur ut vesanus, sed latet vulgum eum furore divino esse correptum.

Incidimus nunc, huc progressi, in ipsum quartum furoris genus, ob quod is — qui hoc terrestre videns pulchrum, veri recordans alis instruitur et pennis munitus in altum evolare conatur; quum autem nequeat, avis instar sursum spectans, quod infra est despicit — insanus existimatur, de quo nunc nobis est dicendum¹⁾. Hic furor omnium divinorum afflatum e pulcherrimis natus est, et ipse pulcherrimus est, tam iis qui eum habeant quam qui eius fiant particeps; et ille qui amat pulchrum huiusque furoris particeps est ἐρωτής vocatur. Nam ut iam dictum est, omnis hominis animus, quia natura eius ita fert, τὰ δύντα vedit, alioquin non in hanc formam (humanam) vcnisset; non vero cuique est facile ex his, quae in terra videantur, reminisci coelestium, neque iis qui brevi coelestia perspexerunt, neque qui in terram delapsi mala usi sunt fortuna, ita ut consuetudinibus quibusdam ad iniustum deducti, obliti sint rerum sacrarum, quas tunc perspexerant. Pauci igitur supersunt, quibus satis memoriae inest, quique, quando

1) Sic vertimus, quum verba 249 E. ὡς ἔρα αὕτη πασῶν κτλ. eos iungamus cum voce λόγος 249 D in: "Εστι δὴ οὖν δεῦρο δὲ πᾶς ἡκαν λόγος.

coelestium similitudinem vident, stupent et non iam sui compotes manent: quis autem sit affectus nesciunt, quippe qui non satis perspicue percipient. Iustitiae autem et temperantiae et ceterorum, quae animis sunt pretiosa, nullus splendor inest in terrestribus similitudinibus; sed obscuris instrumentis vix pauci ad imagines progressi genus quod imitantur percipiunt. Pulchritudo tunc splendida videnda erat, quum cum beato choro nos Iovem, alii alium Deorum sequentes, felicem adspectum spectaculumque videbamus et beatissimo, quod dici fas est, mysteriorum initiabamur; quodque celebрамus et ipsi integri et illaesi ab tot malis quot nos posteriore tempore manserunt; et initiati integra, simplicia, constantia, beataque simulacula inspicientes in loca pura, ipsi puri nec signati hoc, quod nunc circumferentes corpus vocamus, et cui in conchac modum alligati sumus.

Atque his recordationi gratificatum sit, nam desiderantes ea quae tunc vidimus, longiores fuimus. Quod pulchritudinem autem attinet, ea ut diximus inter illa simulacula splendebat, et huc quum venissemus, eam deprehendimus clarissime fulgentem, clarissimo nostrorum sensuum; nam visus nobis acerrimus contingit sensuum corporis, quo tamen sapientia non conspicitur. Vehementer enim moveret amores, si quoddam sui clarum simulacrum ante oculos poneret. Idemque valet de ceteris quae amore sunt digna (iustitia, scilicet, fortitudo etc.); nunc vero pulchritudo sola hanc sortem nacta est, ut sit perspicuissima et maxime amabilis. Qui autem non recens initiatus fuit, aut qui corruptus est, non velociter hinc eo agitur ad pulchrum ipsum, cuius imitationem hic perspicit. Itaque pulchritudinem

adspiciens non veneratur, sed voluptati traditus quadrupedum ritu coire et generare cupit, et libidinose cum eo versans neque veretur, neque eum pudet, quod voluptatem naturae repugnantem persequitur. Qui vero nuper est initatus, qui coelestia saepius conspexit, quem deo similem vultum videt, ipsam pulchritudinis speciem imitatum, aut corporis aliquam ideam, primum quidem contremiscit et pars quaedam pristini metus eum subit: dein vero adspiciens tanquam deum veneratur et nisi metueret famam maximi furoris sacrificaret amasio tanquam simulacro aut deo. Et quem vidit, tanquam ex horrore, commutatio, sudor et calor vehemens eum invadit. Quum enim pulchritudinis effusionem oculis accipit ipse calefit, alaeque germen hac effusione irrigatur. Eo autem calcfacto liquefiunt quae circum germen sunt quaque dudum per duritiem suam prohibebant ne alae pullularent. Affluente autem nutritione tumet et e radice enasci cupit alae caulis intra universam animi speciem: olim enim totus fuit pennatus.

Fervet tum (*ἐν τούτῳ, τῷ Φυέσθαι nempe*) totus et scaturit et qui dentientium est affectus in dentibus, quum modo nascuntur, fricatio nempe et dolor gingivae, eodem afficitur animus cui alae pullulare incipiunt. Fervet et dolet et titillat alis nascentibus. Quum igitur pueri pulchritudinem spectat, partesque (*μέρη*) accipit inde emanantes et effuentes, quae hanc ab causam cupidines (*ἱεροὶ*) vocantur, tunc irrigatur et calefit, dolores intermittunt, et ipse gaudet. Si vero ab eo separatus est exarcescit, et exituum ora, ubi pennae prorumpunt, dum exarcescendo constringuntur, alarum germen prohibent. Hoc vero germen una cum cupiditate occlusum, saliens tan-

quam micantes arteriae, perrumpere conatur (*ἀναρρίψει*) exitum quemque ei adversum, ita ut totus animus unde quaque stimulatus, oestro agitetur eructeturque; memoriam autem pulchri quum denuo habet, gaudet. Duobus hisce ita mixtis animus vehementer affligitur propter perturbationis insolentiam: consilii inops in rabiem agitur, furensque neque noctu dormire potest neque die manere ubi sit, sed desiderio coactus eo festinat ubi sperat fore ut eum videat, qui pulchritudinem habet. Eum quum videt cupiditatemque denuo accipit, solvuntur quae ante occlusa erant; animus respirat, stimulis doloribusque liberatur et voluptatem iterum dulcissimam ad tempus carpit. Sua sponte ex illo loco non recedit, nullum pluris pulchro facit, immo matrum, fratrum, omniumque amicorum obliviscitur, et rem familiarem, quam negligentia perdidit, nihili aestimat. Res aequas et honestas, quibus ante superbiebat, omnes negligens ad serviendum paratus est et ad cubandum quam proxime licet ab eo quem desiderat. Nam praeterquam quod pulchrum illum veneratur, cum etiam solum nactus est maximorum laborum medicum. Hanc perturbationem, o puer pulcher, quocum mihi est sermo, homines quidem Amorem appellant. Dei quomodo vocant si audis, probabiliter ridebis propter novitatem. Dicunt enim ut credo Homeridae quidam ex carminibus arcanis duos in Amorem versus, quorum alter maxime lascivus neque plane modestus. Canunt enim hoc modo:

Τὸν δ' ἦτοι θυητοὶ μὲν Ἐρωτα καλοῦσι ποτηνόν,

Ἄθανατοι δὲ Πτέρωτα, διὰ πτερόφατον ἀνάγκην.

Quem quidem mortales dicunt Amorem alatum, Immortales vero cupiditate inflammatum propter volatus ne-

cessitatem¹⁾. Hisce fidem dare potes, potes etiam negare; causa vero et affectio amantium illae sunt.

Iam qui ex Iovis comitibus capit, gravius ferre potest pondus Dei a volando nominati (i. e. constantior est, non tam facile ab Amore vincitur). Quot autem Martis sunt famuli et cum co versati, quando ab Amore prehenduntur et existimant in quadam re ab amasio se iniuriam accepisse, cruenti sunt et parati ad se et amasium sacrificandos. Eodem modo quisque Deum, cuius chorum sequebatur, pro viribus imitans vivit, quamdiu incorruptus est, et primam in terra agit vitam; eodemque modo cum amasio ceterisque versatur et in eos affectus est. Amorem itaque e pulchris (i. e. amasium) quisque sibi pro indole eligit, eumque, quasi Deus ipsi esset simulacri instar fabricatur ornatque, utpote culturus orgiisque eum celebraturus. Iovis qui fuerunt comites Ioviale quendam animo sibi quaerunt quem ament: considerant igitur num philosophus sit natura et ad imperandum aptus, et quum repererunt amant, omniaque agunt ut talis (Iovialis) exsistat. Si igitur antea in hoc studio non incubuerint tunc id amplexi discunt unde possint, et ipsi quoque indagant. Quum vero ex semet ipsis Dei sui naturam invenire studeant, hoc iis succedit quia coguntur constanter Deum conspicere, et recordatione eum prehendentes, divino furore correpti, a Deo mores et studia accipiunt, quatenus homo divini particeps esse potest. Horum igitur quum amasium auctorem esse credant, etiam magis eum amant, et si, Baccharum more, ex Iove hauriunt, id in amati animum transfun-

1) Cf. Ast. Platon's Leb. u. Schrift, pag. 102 et Stallbaum ad locum.

dunt eumque quam simillimum reddunt Deo suo. Quotquot Iunonem sequebantur iuvenem regium quaerunt et quum invenerunt, cum eo omnia ita perficiunt. Apollinis, ceterorumque Deorum comites, quisque dei sui exemplum sectans, eodem modo puerum, quem amat, natura sic comparatum esse cupit, et si talem nactus est ipse deum imitans et amasio persuadens eumque formans ad Dei studium et ideam dueit, quoad quisque potest. Nulla invidia, nulla illiberali malevolentia utitur in amasium, sed omnibus modis et quam maxime amasium similem reddere cupit tum sibi tum Deo quem colit. Studium hoc est verorum amatorum¹⁾, quod dico, et si perficerint quae cupiant, initatio tam pulchra et beata ab amico per amorem furenti amasio contingit si captus est. Capitur autem electus hoc modo.

Quemadmodum in exordio huius fabulae trifariam divisimus omnem animum, duas quidem partes equis similes, tertiam aurigae, etiam nunc nobis in hac divisione est perseverandum. Equorum diximus alterum esse bonum, alterum non. Quae autem boni sit virtus, et quae mali pravitas, non exposuimus; nunc vero dicendum est. Alter igitur, qui in pulchriore est statu, est forma erecta, articulis bene conformatis, cervice elata, naso incurvo, albo colore, nigris oculis, amator honoris, temperantiae ac pudoris; veri iudicii amicus, et stimulo non egens voce modo ac verbis regitur. Alter contra est obliquus, crassus, temere

1) Vertimus ac si haec constructio esset verborum: προθυμία μὲν οὖν τῶν ὡς ἀληθῶς ἐρώντων, θυλέγοι, καὶ τελετὴ. Nam προθυμία huius amatoris, qui longe aliud quid cupit, quam in priore oratione Socratis amator, est summa sententiae pars.

compactus, dura cervice, brevi collo, depresso naso, nigro calore, caesiis oculis, sanguineus, insolentiae superbiaeque amicus, circa aures hirsutus, surdus, scuticae et stimulis vix obediens.

Quum igitur auriga amatum illum vultum spectans, toto animo visu calefacto, titillationis et desiderii stimulis impletur, equus alter aurigac parens, tunc ut semper pudore victus, se continet ne insiliat in amasium; alter vero qui neque stimulus aurigae neque scuticam amplius curat lasciviens vi prorumpit, omnesque molestias præbens tum iugi socio tum aurigae eos cogit ut amasium appropinquent mentionemque faciant voluptatis rerum venerearum. Hi primum quidem obsistunt aegre ferentes, tanquam ad gravia improbaque coacti, tandem vero quum nulla mali sit cessatio, progrediuntur ducti, cedentes et concedentes facere quod iubentur. Appropinquant et vident amasii vultum fulgentem; hunc quum videt auriga, recordatio sua ad pulchritudinis coelestis naturam elevatur iterumque eam videt una cum temperantia in sancto quodam fundamento constitutam. Conspiciens autem timet et veneratur supinusque recidit, simulque cogitur frena tam vehementer retrahere ut uterque equus in coxas residat, alter quidem sua sponte quia non resistit, alter autem, quia protervus est, valde invitus. Longius quum abeunt alter propter pudorem et admirationem totum animum sudore obrigat, alter quum dolores quibus habenæ et lapsus cum cruciabant, remittunt, vix respirat quum iratus probris aurigam sociumque equum insectatur, ignaviae improbitatisque eos accusans, quia aciem et pactionem reliquerint. Et iterum quum cogit eos invitatos accedere, vix concedit ro-

gantibus ut in posterum differatur. Tempus autem constitutum quum venit, eos, qui oblivionem affectant, admonet, vim adhibet, hinnitum edit, eos trahit cogitque iterum amasio appropinquare et eum eodem modo alloqui. Et quum iam prope absunt, caput dimittens, caudamque extendens frenumque mordens impudenter eos rapit. Auriga vero iam magis timore venerationeque affectus, velut statim a carceribus retro relapsus vehementius iam frenum ex protervi equi dentibus retrotrahit, maledicam eius linguam dentesque cruentas et crura coxasque humi sternens eum doloribus conficit. Idem quum saepius passus est equus pravus, a protervitate abstinet, submissus sequitur aurigae consultum, et pulchrum quum videt, metu perit. Itaque contingit amatoris animo, ut cum pudore et metu amasium sequatur.

Amasius igitur quum omni cultu, dei cuiusdam instar, colatur ab amatore amorem non simulante sed revera eo affecto, et quum ipse natura amicus sit cultori, etiamsi forte superiore tempore a condiscipulis aliisque quibusdam in rei odium adductus fuerit, dictitantibus amanti appropinquare turpe esse, ideoque amatorem repudiverit, tamen tempore iam procedente, tum aetas, tum necessitas cum eo perducunt ut amatorem admittat ad suam consuetudinem: numquam enim fato constitutum est, ut malus malo sit amicus, aut bonus non sit amicus bono. Quum autem admittit amatorem et eius sermonem consuetudinemque accipit, obviam veniens amatoris benevolentia stupefacit amasium, quia perspicue percipit omnes ceteros amicos familiaresque nullum sibi amicitiae munus praebere, si comparentur cum amico numine pleno. Amasius quum

aliquamdiu eum admisit, ei appropinquat¹⁾ , et eum attingit in gymnasiis ceterisque conventibus et tum iam illius fluvii fons, quem Jupiter Ganymedem amans cupidinem (*ἱμερόν*) vocavit, cum magna aquae copia in amatorem fluit, partim in eum penetrat, partim quum iam satiatus sit, effluit. Et quemadmodum ventus aut echo a laevisbus durisve rebus resiliens rursus eo fertur, unde venit, ita et pulchritudinis effluvium iterum ad pulchrum redit per oculos, per quos est via ad animum; eoque quum pervenit et crevit²⁾ , alarum exitus irrigat, excitat pennarum germen et amasii animum iterum amore implct. Amat igitur, sed nescit quem, et ne hoc quidem, qua re sit affectus, novit, neque eloqui potest. Sed quasi per alium lippitudine affectus causam rei afferre nullam potest, sed tanquam in speculo in amatore suam ipsius imaginem inscius conspicit, et quum amator adest pariter atque ille doloribus caret, sin autem abest eodem modo desiderat quo desideratur, quippe qui imaginem amoris amorem mutuum habeat. Appellat autem amicitiam neque credit hunc esse amorem. Cupit eodem fere modo, minus tamen vehementer amatorem videre, attingere, amplecti, concubere, et sane ut exspectandum erat, mox haecce omnia facit. In hoc autem amatoris concubitu protervus ille equus habet quod ct aurigae dicat rogatque ut pro tot molestiis voluptate parva fruatur. Amasii autem equus nihil habet quod dicat, sed tumens neque sui compos amatorem amplectitur et osculatur tanquam optimum amicum eum recipiens, et quum

1) In versione secuti sumus Schleierm. Stallb. et Heindorfium, quum Astius pro *amasio* vertit *amatorem*.

2) Vocem *ἀνπτερόν*, quae significat *alīs levo*, hic sic vertimus, quia dicitur de τὸ τοῦ κάλλους εὑρα.

concubunt iam eo pervenit ut non recusaturus sit pro parte virili morigerari amatori, si quid ab eo petat; iugi socius autem unaque auriga pudore et ratione opponunt.

Iam vero si meliores mentis partes vincunt, quac ducunt ad bene constitutam vitam philosophiamque, tum iam hic beate concorditerque vivunt, sibimet ipsis temperantes et modesti, postquam subegerunt eam animi partem in qua pravitas inest, liberaverunt autem illam, cui virtus inest. Mortui vero alis instructi et leves facti palmam ferunt in uno ex tribus certaminibus revera Olympicis, qua praestabilius bonum neque humana temperantia neque furor divinus homini ullum afferre potest. Si vero vitam agunt molestiorem, philosophiae experientem et ambitiosam facile quadam incuria animos incustoditos deprehendunt, eosque in unum conducentes eligunt et perficiunt id quod a vulgo beatissimum laudatur. Et hoc quum perfecerint posteriore tempore iam idem facient, raro tamen, quippe qui non tota mente comprobante faciant. Amici igitur hi quoque, minus autem coniuncti ac illi, tum amore fervente tum restincto vitam agent; quippe qui existiment sibi invicem dedisse et a se accepisse summam fidem, quam nefas esset solvere et quondam ad inimicitias pervenire. Tandem sinc alis quidem sed germine alarum iam accepto e corpore excedunt, ita ut non parvum amatorii furoris praemium ferant. Nam iis, qui iter in coelum iam intrarunt, non constitutum est venire ad tenebras et subterrestrem viam, sed ut claram vitam agentes, una progredientes beati sint, et si quando alis instruantur, amoris gratia, eodem tempore pennas accipient.

Has et tantas, mi puer, res divinas amicitia amatoris tibi donabit. Consuetudo autem non-amantis, cum tem-

perantia mortali mixta, mortalia etiam et parca tribuens, animo amico illiberalitatem iniiciens, quae a vulgo ut virtus laudatur, efficit ut amens per novem millia annorum circum terram et sub ea volutet.

Causa, ob quam totam hanc orationem vertimus non difficilis est cogitatu. Quum enim proposuerimus Platonis indolem poeticam ostendere, nescimus qui hoc efficere possimus nisi Platonem ipsum loquentem inducamus. Nos non fugit versione nostra multum venustatis graecae dictionis disparuisse. Sed pro viribus egimus, et ne nobis Platonis umbra irascatur, veniam eam rogavimus invenustatis, inelegentiae et levitatis, quae vitia tot contrariarum virtutum locum occupaverunt.

Si de ullo Platonis dialogo profecto de Phaedro valet quod veteres philosophi dicebant: Iovem si Graece loqueretur sicut Plato loquitur, esse locuturum. Hac oratione lecta non miramur Cicronem quum de Oratore, de Legibus, de Divinatione aut de Philosophia scribebat toties allusisse ad animi sublimem descriptionem aut ad locum ubi tradita est. Atque Cicero quum scripsit:¹⁾ „Itaque video visum esse nonnullis, Platonis et Democriti locutionem etsi absit a versu, tamen quod incitatius feratur, et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum quam comicorum poetarum; apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis” certo in primis cogitabat de Amoris definitione, de aurigae equorumque descriptione, qua frustra apud quen-

1) Orator. XX.

dam poetam impetus maioris exemplum quaerimus. Et haec scribendi ratio quam minime est reprehendenda. Si Sallustius primum historici officium hoc ponit: ut facta dictis exaequentur,¹⁾ si idem iudicat Plinius,²⁾ si in Boileau laudatur: „qu'il a su varier son style avec tant d'art et d'habilité, qu'en parcourant toutes les différentes espèces de poésie, il emploie précisément le style qui convient à chaque espèce en particulier”; quid non idem postulemus in Platone landari. Socrates *ερωτικός* inducitur, de Amore sermocinans; itaque tam ob personam quam ob rem exspectare debemus singularem orationis incitationem, quam nisi inveniremus, iure diceremus Platonem temerarie se commisisse in viam lubricam, in qua turpissime concidisset. Sublimem, poeticam fere, dictionem neque vitium neque virtutem esse credimus in hoc dialogo; est pars necessaria quaedam, qua sublata non videmus quid ex hoc dialogo fiat. Et ita Heusdii verba:⁴⁾ „Haud facile reperiatur, qui amantium describens ac poetarum enthusiasmum, ipse sibi caveat ne exsultet subinde oratio ac poeticum quid et dithyrambicum sonet.” libenter subscribimus; si pro *haud facile* liceat scribere *numquam* et si voci *describens*, ut hanc mutationem defendamus, addere possimus adverbium *recte*. Nam ut nostra fert opinio qui *μανίας* non *μανικῶς* descriptis verum non tetigit; et Platonem ipsum ita censuisse satis patet ex 265. A. Postquam enim Phaedrus dixit orationes

1) Catil. III.

2) Epist. VIII: 4.

3) Vide Pro-animad ad Chant. II. operis inscripti *Art poétique*.

4) Init. Plat. I: 139.

μάλ' ἀνδρικῶς dixisse, Plato respondet: "Οἱ μην σε τὰ λιδές
ἔρειν δτι μανικῶς. "Ο μεντοὶ ἐξήτουν ἐστὶν αὐτὸ τόῦτο.
Μανίκη γὰρ τινα ἐφίσταμεν εἶναι τὸν Ἔρωτα. Maniam illam
dein in duo genera dividit; secundum genus iterum
in 4 partes, quarum postrema est, Aphroditae et Amo-
ris, et tum pergit: Ἔρωτικὴν μανίκην ἐφίσταμέν τε ἀρίστην
εἴγχι, καὶ οὐκ οἰδ' ὅπῃ τὸ ἔρωτικὸν πάθος ἀπεικάζετε,
ἴσως μὲν ἀληθεῖς τινος ἐφαπτόμενοι, τάχα δ' ἂν καὶ ἄλλοι τε
παραφερόμενοι, περάσαντες οὐ παντάπασιν ἀπίθανον λόγον,
μυθικὸν τινα ὕμιον προσεπαίσαμεν μετρίως τε καὶ εὐφήμιος
τὸν ἔμον τε καὶ τὸν δεσπότην Ἔρωτα. ὃ Φαῖδρε, καλῶν
παιδῶν ἐφορον.

Hymnum quendam igitur Plato se composuisse dicit
et alio loco 257. A. exclamat: Αὕτη σοὶ, ὁ Φίλε Ἔρως,
εἰς ἡμετέραν δύναμιν δ τι καλλίστη καὶ ἀρίστη δέδοται τε
καὶ ἐκτέτισται παλινῳδία, τά τε ἄλλα καὶ τοῖς ὄνδροις
ἡμαγκεσμένη ποιητικοῖς τισὶ διὰ Φαῖδρον εἰρῆσθαι. Et eo-
dem fere modo de hac oratione Dionysius Halicarn. ¹⁾
Postquam enim descriptsit verba 246 E—247 A. Ο μὲν
δῆ μέγας ἡγεμῶν.... Φένος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ ἵστα-
ται annotat ταῦτα καὶ τὰ ὄμοια τούτοις, ὃ πόλλα
ἐστὶν εἰ λάβοι μέλη καὶ βυθοὺς, ὡς περ οἱ διθύραμβοι καὶ
τὰ ὑπορχήματα, τοῖς Πινδάρου ποιήμασιν ἐσικέναι δέξεται
ἄν, τοῖς εἰς τὸν ἥλιον εἰρημένοις, ὃς γέμοι Φαίνεται. et
illa Platonis comparat cum Pindari versibus: Ἀκτὶς ἀελίου,
τι πολύτοκοπ, ἐμοὶ θῶν μάτερ δμυάτων etc. ²⁾ Sed non in sim-
gulis partibus modo, ut Dionysius vult, Plato poetice egit;

1) De admir. in dicendi Demosth. 7. pag. 155. Edit. Tauchn.

2) Fragm. Select. 4. (74.) Edid. Schneidewin. Aliter de his rebus
censem Schleiermacher, Einleit. im Phaedr. pag. 55.

cum Astio dicere licet: Secunda Socratis oratio prorsus est poetica.¹⁾ Legenda est, et bis et ter iterata lectione opus est, ut eius sublimitatem, furorem quo ipsi lectores capiantur, sentiamus. Horatius dicit:²⁾

Ut pictura, poesis: erit, quae si proprius stes
Te capiat magis, et quaedam si longius abstes.
Haec amat obscurum; volet haec sub luce videri
Iudicis argutum quae non formidat acumen.

et Platonis poesis eius est generis, quod decies repetitum placebit, quod non iudicis argutum formidat acumen.

De affectibus, quos totus mythus moveat dicere nolumus. Inspiciamus in quasdam modo partes. Prodigius quum Herculem in trivio sedentem proponit, ἡματινού μεγάλειοτέροις depingit Ἀρετὴν et Κακίαν³⁾. Conferre licet cum hac descriptione verba quibus Plato depingit duos equos animi (253 D—255 A). Tanta est similitudo horum locorum, ut opinio: Platonis hoc scribentis, animo obversata esse ea quae olim a Prodigio audivisset, non aliena esse possit; sed tanta etiam est differentia, ut quum Prodicus: τὸν μὲν ἔτεραν εὔπρεπη τε ἰδεῖν καὶ ἐλευθέρου Φύσει, πεκοσμημένην τὸ μὲν σῶμα καθαρότυτι, τὰ δὲ δηματικά αἰδοῖ, τὸ δὲ σχῆμα σωφροσύνη, ἐσθῆτι δὲ λευκῇ, itemque ejus Κακίας descriptio quasi leniter praeterfluere videantur, in Platonis: τὸ τε εἶδος ὄρθος καὶ διηρθρωμένος, ὑψηλόν, ἐπίγυρπος, λευκὸς ἰδεῖν, μελανόδηματος, τικῆς ἐραστής μετὰ σωφροσύνης τε καὶ αἰδοῦς, καὶ ἀληθινῆς δόξης ἐταιρος verba se proturbent; et turba, furor ille, etiam augetur quum vitiosi equi imaginem pro-

1) I. l. pag. 99.

2) Epist. ad Pis. 361—365.

3) Mem. II: 1: 22. Cf. Volquardsen I. l. pag. 254.

ponit. — Et si pergimus, nihil desideramus, quum ad adspectum amatorii spectaculi percurrentem est, et aurigae ardorem simul et oblivionem, alterius equi mitem lenemque naturam, alterius inquietam repugnantemque vividis et aptis verbis depicta legimus, et libenter concedimus Astio, poesin non magis effectivam s. plasticam esse posse.

Quum pag. 251: affectum animi legimus, quando θεοιδες πρόσωπον εὖ μεμιηνένον ἢ τινα σάμπτο: id est, adspicit, cum Steinhartio dicendum nobis est: Omnia hīc tanta scientia animi vitae et tam permoventi poeseos vi (hinreissender poetischer Kraft), depicta sunt, ut omnibus temporibus, ii qui vehementer se amant, se modo in hac, modo in alia picturae parte cognoscant; et hanc partem, licet poetica vi sit inferior, comparare possumus cum illa Sapphus²⁾)

Φαίνεται μοι κῆνος ἵπος θεῖστιν
Ἐμμεν ἀνήρ, δέστις ἐναυτίον τοι
ἰζάνει, καὶ πλαστὸν ἀδὲν Φαγεύ-
σας ὑπακούει:

Καὶ γειώτας ιμερόν τὸ μοι τὰν
καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόχτεν.
Ως; ἵδον σ', ὡς βρόγχον ἔμοι γὰρ αὐδᾶς;
Οὐδὲν ἔθ' ἥκει.

Ἄλλας κακιμὲν γιῶσσ' ἔηγ' ἀν δε λεπτὸν
χύτικα χρῶ πῦρ ὑποδεδρόμικεν,
Οππάτεσσιν δ' αὐδὲν ὅρημι, βομβεῦ-
σιν δ' ακοὴ μοι.

1) Introd. p. 67.

2) Sapphonis Erotica IX. Edit. Wolfi. cf. etiam Volquardsen pag. 255

Καδδ' ίδρως ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ
πᾶσαν ἄγρει. χλωρότερη δὲ ποικὴ
ἔμαι, τεθνάκην δὲ λίγα δέσιτα
Φύνομαι ἄπνους.

'Αλλὰ πᾶν τολματὸν, ἐπεὶ πένηται.

Platonis et Sapphus descriptionibus collatis, iterum tantas invenimus similitudines ut eadem suspicio atque ante de Prodico, oriatur; fortasse ex nostrorum temporum usu Platonem plagiarium (etiam ex significatione quam nostrates huic verbo tribuunt), appellaremus, praesertim quum sciamus Platonem scripta Poeticæ Lesbiae legisse. Sed difficile esset cuiusdam poetæ aut scriptoris opera afferre, in quibus non inveniamus nonnulla, quae etiam apud alios, eadem fere forma, interdum et iisdem fere vocibus, expressa legimus; partim quia quae quis ab alio didicit, sua fecit iisque ut suis uti potest, partim quia non esset mirandum si duo, in primis animo coniuncti homines de eadem re idem cogitaverint, idem dixerint. Magna illa similitudo, quae ex collatione elucet, nihil probare potest contra Platonis ingenium poeticum, atque eo minus, quia infra, ubi de alarum pullulatione agitur,¹⁾ Plato non minus poetice egit, et illic sane nihil e Sappho profecit. Quid vero nobis dicendum est de comparatione animi cum bigis illis et auriga? Nonne est prorsus poetica et plastica? Et quum ingenium et intemperantiam mali equi tam vivide exposita videmus, optim-

1) Num HEINRICH HEINE quum Amorem, *ein Zahnschuh im Herzen* appellat, (et scio hanc imaginem multis egregie placuisse,) hanc notionem e Platone cepit?

mam picturam nobis propositam admiramus perturbationum animi. Non libidinis modo, sed cuiusvis mali animi motus vim et malitiam videmus. Malus equus ille enim ex Platonis ipsius explicatione in Timaeo p. 69 τὸ ἐπιθυμητικὸν μερός est τῆς ψυχῆς, et hic p. 254^a describitur δὲ οὕτε κέντρων ἡνιοχικῶν οὕτε μάστιγος ἔτι ἐντρέπεται, σκιρτῶν δὲ βίᾳ Φέρεται καὶ πάντα πρόχυματα παρέχων τῷ σύζυγῳ τε καὶ ἡνιόχῳ ἀναγκάζει λίγοι τε πρὸς τὰ παιδικὰ καὶ μητίου ποιεῖσθαι τῆς ἀφροδιτίου χάριτας. Auriga et alter equus, quamquam inviti, eius impulsui tamen cedunt et promittunt se facturos esse quod ille velit. Sed quum proprius accedunt, pudore et admiratione pleni, pergere nolunt, et ciui contumelias flocci facientes, tandem cum permovent ut cum ipsis abeat; non autem ante quam promiserint se alio tempore ei morigeraturos esse. Tempus illud quum venit, cuius illi obliti esse simulant βιαζόμενος, χρεμετίκην, ἐλκην ἡνιοχάστεν αὖ προελθεῖν τοὺς παιδικοὺς ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς λόγους, καὶ ἐπειδὴ ἐγγὺς ἤσκη ἐγκύψας καὶ ἐκτείνας τὴν κέρκον, ἐνδικῶν τὸν χαλινὸν μετ' ἀναδείχεις ἐλκει. — Nunc autem poenas dat; auriga ei perniciuosam linguam et dentes cruentat, erura et coxas in terram sternit, et ibi victus iacet et doloribus impletur. Nunc se inferiorem sentit, et omne certamen frustra se esse initurum; igitur momentum temporis incustoditum et ut existimat sibi secundum opperitur, et quum auriga iam cum παιδικοῖς (256 A) dies degit, et in ipsa τῇ συγκοινήσει τοῦ ἐρχοτοῦ, aurigam adhortatur, ἀντὶ πολλῶν πόνων σμικρὰ ἀπολαῦται. Quid desiderari potest in hac pictura?

Animadvertisimus etiam quam sublimis sit descriptio deorum eorumque vitae (247) Omnia in iis sunt bona,

etiam τὸ ἐπιθυμητικόν. In ipsa contemplatione τοῦ ἀντας δύτος, in contemplatione δικαιοσύνης et σωφροσύνης et ἐπιστήμης τῆς ἐν τῷ δὲ ἔστιν ἐν ἀντας vivunt, non vero ut Epicuri Dei sed πράττου ἑκατόν κατὰ τὸ αὐτοῦ et Θεόν τοῦ θεοῦ χοροῦ οἰσταται. Licet autem Plato de Homeri Diis agat et nonnulla quae dicit nobis in memoriam redigant ea quae Iliad. I. 423 et 493 legimus; — quantopere ea quae de diis dicit superiora sunt iis quae poetae de Diis narrant, iisdem atque homines animi perturbationibus subjectis! ¹⁾

Pergamus nunc ad ipsius fabulae explicationem. In fabulis autem explicandis hoc in primis est tenendum. „In fabula philosopha singulae quacdam incesse possunt conditio-
nes, quibus veritas effingitur, quaeque non ad ipsam, quae effingenda est, veritatem, sed ad totam imaginem uberioris exornandam, neque ad rem ipsam, sed ad eam explican-
dam et in animi conspectu ponendam pertinent: itaque, qui in explicanda fabula non ea tantum ad veritatem sollerter revocare studuerit, quae ad verum perspicuum faciendum necessaria erant, aut quibus demitis res ipsa quae facta fingitur, id est, verum mutaretur, sed etiam ad illa a re aliena deflexerit, is quidvis potius quam veritatem in tenebras retrusam atque abditam nobis eruet?“ Ut ad hoc praecriptum agamus initium faciendum est ab explorandis iis quae Plato in hoc mytho componendo velit. Sunt qui dicant partem rhetorica-
m in eo primarium tenere locum; alii existimant eum de animo, alii de reminiscencia praecipue agere voluisse. Nulli harum opinionum

1) Cf. et Astium. I. l. pag. 99 sq.

2) Jahn I. l. pag. 41 et 42.

favere possumus. Socrates postquam priorem orationem absolvit, dicit se iniuste egisse contra Amorem, et ita ne poenas daret iniustitiae se paratum esse ad palinoediam canendam. In anteriore oratione quum iuvenem dehortatus esset ab Amore, cuius damna enumeravisset, nunc eum ad Amorem hortari vult, ideoque eius commoda ci sunt exponenda. Missa igitur facimus ea quae Plato nobis hic de diis, eorum vita et sede narrat. Non nobis est explorandum utrum dei illi sint corpora quae appellamus coelestia, an dii, quales Homerus depinxit et qui adhuc dei populares erant. Non disputandum est de iis, quae sint τὸ τοῦ κύριου νόσοι et ὁ Ἀπερουράνιος τόπος. Omnia quae Plato hic aut docet aut docere videtur de theologia et astronomia, potius ad uberiorum ornandum mythum de Amore addita esse credimus, ad quem accuratius perspiciendum pergamus.

In priore oratione Socrates dixerat amatori non esse gratificandum sed non-amanti, quia ille μανται, hic σωφρονεῖ. Hanc Amoris definitionem, qua efficitur μανία, tenet, et dicit μανία longe abesse ut malum sit. Omnia maniae genera (hic quattuor adnumerantur) a Diis nobis data sunt (244 A) et nobis efficiunt summa bona. Omnium autem maniarum, quarta illa, Amor, est ἀριστη τὲ καὶ ξένη ἀριστων τῷ τε ἔχοντι καὶ τῷ κοινωνῶντι κύτης (249 E) Qui hunc Amorem fovet, rebus humanis neglectis, in divinis totus est defixus, et a vulgo reprehenditur ut vesanus (*παρακινῶν* 249 D): et non mirum, nam matris, fratribus et amicorum oblitus est, rerum familiarum curam prorsus abjecit, et ea quae justa et decentia habentur, quaeque semper colere antea gloriabatur, sernit, (252 A) vel paratus est ad servitium, modo prope ama-

sium sit (id). Amasium autem illum eligit πρὸς τρόπου
 252 D) i. e. secundum suam naturam vel potius natu-
 ram Dei quem sequitur (252 E); nam qualis amator est,
 talem et amasium esse debet quia οὐ δή ποτε εἴμασται
 πακῶ κακῷ φίλον οὐδὲ ἀγαθὸν μὴ φίλον ἀγαθῷ εἶναι (255 B).
 Optimus autem est amator qui Iovem sequitur; et hic
 quaerit φιλοσόφου τε καὶ ἡγεμονικὸν τὸν φύσιν, eumque
 quum invenit omnia facit ut magis talis fiat; ad hoc
 efficiendum autem in dies magis in Dei naturam inspicit,
 eiusque ἔνη καὶ ἐπιτηδεύματα accipit (253 E) et his ama-
 sium ipsum οἷον ἀγαλμα τεταλνεται τε καὶ κατακοσμεῖ:
 et ita inter se vivunt ut: μετὰ φιλοσόφων λόγων πρὸς
 Ἐρωτεῖ τὸν βίον ποιεῖσθαι (257 E). Melior animi pars
 tandem de aliis victoriam reportat, et amatorem et ama-
 tum ad τεταγμένην δίκιαν καὶ φιλοσόφων dicit, qui
 ipsi μακάριον et ὁμονοητικὸν τὸν ἔνθατες βίον διαχοῦσι (256 A)
 et moriuntur ὑπόπτεροι καὶ ἐλαφροὶ γεγονότες, victoria re-
 portata, qua neque σωφροσύνη ἀνθεωπίνη neque θεῖα μανία
 maius bonum dare possit. Qui autem non sectatores
 sunt Iovis, non philosophi, non omnes animi peiores partes
 subigere possunt. Etiam apud optimos huius inferioris
 generis, peior pars animi interdum meliores opprimit;
 voluptate quae ex sensibus capit, fruuntur, et licet
 φιλότιμοι sint et ut summi amici vivant, ἀπτεροὶ abeunt.

Talis est paucis verbis Amor quem Plato in nostro
 mytho exponit. Jam ex conspectu brevi patet qualis sit
 naturae; est enim Amor philosophus, et quidem ille,
 quem in Socratis vita agentem adspicere possumus. So-
 crates enim (Memor. III, 11. 16. 17.) appellat philo-
 sophiam suam τέχνην ἐρωτικήν; non curat quae vulgo de
 eo dicantur (Mem. I: 3. 4.); spernit res familiares, di-

vicias colligere (Mem. I, 6. 2 en 10); nihil curat nisi quomodo iuventutem sibi coniungat (Mem. IV : 2 : 1 et 8. 40), et Amorem quem ipse colit discipulis suis tradit, qui etiam anteriorem vitae modum mutant, et propinquos et familiares minoris quam ipsum facere incipiunt. — Quae autem sunt philtera illa et incantationes et illecebrae quae Socratis discipuli ab eo discent, quarum causa Apollodorus et Antisthenes nunquam ab eo discedant, cur et Cebes et Simias Thebis ad eum ventitent? Sunt λόγοι. Sin autem λόγοι sunt illecebrae, quae est res ad quam ducunt? — Est pulchritudo, est veritas, est σοφία; itaque qui illum Amorem colunt φιλόσοφοι, φιλόκαλοι appellantur. — Sed videamus apud Platonem qualis huius Amoris sit natura, unde nascatur, quibus nutriatur, et quid efficiat.

Postquam Socrates Amorem definivit μανίαν et tria μανίας genera exposuit, dicit quartum genus iis multo esse praferendum et a Diis ipsis datum ad summam beatitudinem efficiendam. Quia autem multi hoc ei non sunt concessuri demonstrare incipit. Amor est affectus animi eiusque sedes in animo est, igitur de animo est agendum. — Animus est sempiternus, ita etiam ante quam in hominis corpus venit, exstitit. De eius forma, qualis sit nihil certi dici potest, sed comparare eam licet cum natura quadam concreta ex auriga et bigis. Auriga autem est τὸ θεῖον s. τὸ λογιστικὸν μέρος: bigae constituunt τὸ θυμτὸν s. ἄλογον; et quia alter equus bonus, alter malus est, ille sit τὸ θυμοειδές, hic τὸ ἐπιθυμητικὸν μέρος. Bigae illae sua natura alis sunt instructae, et animi per coelum in orbem aguntur, associæ quasi Deorum, in hoc circuitu primarium locum

tenantium, et adspiciunt id quod revera est ($\tauὸ\ δύτως$
 $\deltaν$) τὸ pulchrum, τὸ sapiens, τὸ bonum et quaeque his
similia sunt. Iupiter praeit, et ceteri dei et daemones
eum sequuntur in undecim ordines divisi. Deorum au-
tem uterque equus est bonus, aliorum animorum alter
est bonus, alter malus. Dei igitur facile per acclive et
difficillimum iter escendunt et in eum locum perveniunt,
ubi ipsa vera et absoluta, perfectam scientiam et cogni-
tionem, spectant. Sed ceteris animis adscensus est quam
difficillimus; nam alter equus, pravus ille, progredi non
vult et resistit aurigac a quo non satis est domitus; ita
fit ut auriga nihil aut parvam modo partem videat carum
rerum, quas intueri cupit. Si quid vidit orbem perficere
potest; si nihil vedit, equorum alae quae veritatis
adspectu solo nutriuntur, nullam novi cibi subvectio-
nem accipinnt; debilitantur igitur et non amplius valent
ad animum per aëra vehendum. Auriga tum eum suis
equis deorsum fertur usque ad locum ubi inveniat corpus
solidum, cui adhacreat, in quod eat et quocum animal
mortale efficiat. Quo magis autem animi in anterio-
ribus circuitibus viderunt, in eo perfectiora corpora
abeunt. Qui plurima viderunt, Iovemque sequenti sunt
in corpora philosophorum abeunt, qui minima tyranni
fiunt; et quo meliorem vitam in his corporibus vixe-
runt eo melioris sortis fiunt participes. Anno millesimo
iis optio novi corporis datur. Qui autem ter deinceps
vitam philosophicam elegerunt et ἀδόλως Φιλοσοφήσαντες
aut μετὰ Φιλοσοφίας παιδεραστήσαντες fuerunt, anno
ter millesimo denuo alis instruuntur et in loca subli-
miora revolant, ubi τὰ δύτως δύται adspiciuntur. Ceteri
vero animi non nisi anno decies millesimo. Animus

autem qui nunquam ea quae revera sunt adspexit, homo fieri non potest, sed in corpus animalis bruti includitur. Oportet enim hominem intelligere posse veritatem secundum id quod species appellatur, quod e multis prodit sensuum perceptionibus, et cogitatione in unum comprehenditur; aliis verbis, hominem oportet reminisci posse eorum, quae animus olim Deos sequitus conspicerit. Ille autem philosophus est, qui reminiscientiam eorum, quae olim vidit, evocare studet. Sapientiae autem (250 D) hic in terra nulla imago videatur; si enim videretur *δεινὸς ἔρωτας ἀν παρέκχειν*; pulchritudo sola conspicitur acerrimo sensuum, visu nempe. Qui autem pulchri quid videt, si reminiscitur pulchritudinis coelestis aliter afficietur ac qui eius oblitus est; hic enim libidinem solam quaeret, rudiis appropinquabit, et ne verebitur quidem *παρὰ Φύσιν ἡδονὴν διώκειν*. Illum autem tremor et anxietas quaedam invadunt, et idem fere sentit quod olim quum τὸ pulchrum in eo esset ut conspiceret, non autem potuit. Febris quasi corripitur; sudor denique oritur et ex pulchri oculis emanat quid quo alarum germina irrigantur. Irrigatio autem et semper augens calor efficiunt ut dura illa quae germina circumdant, fundant, et nutritione continue affluente, germinare incipiunt. Nunc autem dolor quidem nascitur, qui cum infantium dentitione comparari potest, et qui nusquam desinit, nisi in conspectu ipso τῷ pulchri, ex quo denuo nutritio affertur. Noctu dormire non potest; negotia omnia postponuntur, cujusvis memoria expellitur, et ille solus, qui pulcher est, et coram quo uno voluptate beata frui potest, quaeritur. Sed pulchritudo illa non omnibus animis eadem est, neque eiusdem generis. Quis-

que animus alium quempiam quaerit, qui ei sit eiusdem moris; qui Iovem secutus est naturam philosophicam quaerit, qui Martem aliam; itemque qui Iunonem, Apollinemve secuti sunt. Iupiter autem dux est deorum, eiusque sectatores sunt optimi. Quisque id efficere conatur, ut semet ipsum et amasum quam simillimos faciat Deo, quo duce olim utebatur; et quum τὸ φύγαν τοῦ κάλλους, quod Iupiter olim ἡμέρα appellavit ex amasio in amatorem fluat et ex hoc iam pleno in illum redeat, ctiam alarum germina amasii irrigantur, quae pullulant et amati animum amplexus implent. Quid hic autem amet, ignorat. Sentit vero se felicem esse modo quum amator adest.

Haec omnia non vero quiete et sine ullo iurgio fiunt. Pravus ille equus ad ingenium suum reddit, et aurigam et socium ingalem secum trahere vult. His tandem iurgiis defessi cedunt, sed mox, pulchro aspecto, pudore et stupore pleni, recedunt et malum equum vineunt. Causa pravitatis equi autem est in auriga, qui equos suos non bene instituit; nunc vero eius institutioni maiorem dare curam incipit, malam naturam, quae semper in malum abripere cupit, vincit, et tandem plane domat, quo facto beata et ὁμονοίων vita amatori et amato incipit.

Ex omnibus fere patet Socrates quum certamen Amoris pingeret, quum totam orationem habcret, licet Amori longe aliam significationem ac alii tribueret, imagines cepisse a paederastia. Et non mirum. — Tum Lysiae eroticus ἀστος, quum ipsius prior oratio de ea egerant, et licet nunc de alio Amoris genere loqueretur imago prioris ei propinquior erat, quam ut non semper

ei in mente volveretur. — Quam enim significationem dare possumus pravo illi equo, qui adhortatur ad insiliendum in amatum, et etiam, postquam iam Amor ut ita dicamus perfectus exstitit, denuo ad malum faciendum monet, nisi hic cogitemus de libidine, quae sponte hominis animo inest, non nisi bona institutione domari potest et vel optimum interdum fere vincit!

Hic frequens usus imaginis a re ipsa alienae sed verbo propiae, efficit ut nonnunquam difficile sit ea tenere quae ex aliis ceperis.

Paederastes enim ad corporis *κάλλος* modo spectat, et ita cogeremus quoties Socrates de pulchritudine loquitur toties existimare eum de corporis pulchritudine loqui, et multi sane hoc fecerunt; in primis quem satis pateat etiam ex Xenophontis Memorabilibus, Socratem corporis venustatem in iuvenibus neque neglexisse neque parvi aestimasse, dein quia indolem huius temporis voce *pulchri cultus* appellare possimus. Sin autem attendimus ad eam, quam supra Maximi Tyrii sententiam de Socratis Amore descripsimus, Socrates ad pulchrorum iuvenum Amorem nulla alia re duceretur nisi quia viderit eos, quo formosiores essent, eo pluribus et maioribus periculis esse obnoxios; partim fortasse etiam quia in pulcherrima forma etiam pulcherrimum inesse animum coniiciebat. Si ad haec attendimus voci *κάλλος* alium sensum tribuere cogimur; et ad hanc opinionem tenendam confirmamur multis rebus quae in ipso mytho legimus. Est mythus de animo non de corpore: idecirco si de venustate agitur non video quo modo adduceremur ut potius de corporis quam de animi pulchritudine cogitaremus. Legimus quidem 256 D. νῦν δὲ κάλλος μόνον ταύτην ἔσχε μοῖραν,

ώστε ἐνΦανέστατον εἶναι καὶ ἔρασμάτατον, et eam διὰ τῆς
 ἐνχρυστάτης αἰσθησέως τῶν ἡμετέρων conspici, sed apud
 Xenophonem Mem. III. 8. 5. legimus: etiam et magni-
 ficum et liberale et humile et illiberale et animo sa-
 num et prudens, et contumeliosum ac honesti ignarum
 tam per vulnus quam per gestus hominum sive stan-
 tium sive se moventium elucet, et οὗδιον δρᾶν τοὺς ἀνθρά-
 πους δι' αὐτὸν τὰ καλὰ τε καγαβὰ καὶ ἀγαπητὰ οὕτη φαίνεται
 ή δι' αὐτὸν τὰ αἰσχύλα τε καὶ πονηρὰ καὶ μισητά; ideoque
 non videmus, nobis hoc loco de corporis pulchritudine
 esse cogitandum, nisi aliae res eo cogant, quas res, si
 existunt, confiteor me fugere. Non omnibus, — legimus
 in Phaedro, eadem sunt pulchra. Philosophus naturam
 philosophicam, Herae sectator naturam superbam quaerit;
 haec satis explicant non de corpore hic esse sermo-
 nem, sed de animo, cuius indicia in corpore quidem
 ostenduntur; et si ulla dubitatio adhuc superesset,
 Plato nobis ea liberat hisec verbis: οἱ μὲν δὴ οὖν Διὸς
 Δίους τινας εἶναι ζητοῦσι τὴν ψυχὴν τὸν ὁφέλειαν ἐράμενον.
 et hanc naturam colunt, semet ipsos et amasios quam
 simillimos Deo efficere conantur, idcirco Dei naturam in
 se ipsis investigant, et quum nacti sunt reminiscentia
 ἐνθουσιῶντες ἐξ ἐκείνου λαμβάνουσι τὰ ἔθη καὶ τὰ ἐπιτηδεύ-
 ματα. Vestigia divina, natura divina, igitur sunt res quas
 amant, quas persequuntur, et hae sunt ideae quas olim
 viderunt.¹⁾ Amator prior impletur τοῦ βεύματος τοῦ κάλ-
 λους, sed postea βεύμα illud ab eo ad amasium refluit;
 qui etiam eius sit plenus. Amat, sed non designare po-
 test quis sit quem amet; non enim amatorem ipsum

1) Volquardsen, l. l. pag. 276.

diligit, sed naturam divinam quam in eo cernit, et res quas ab eo explicatas audit; itaque procul ab eo non est quietus, non felix est; cum eo vitam beatam agit et semper cum eo eadem sentit. Talis est Amor, qui inter Socratem eiusque familiaris exstitit, qui etiam eundem finem habet. Audite Socratem apud Xenophontem¹⁾: „An nescis me ad hoc usque tempus nemini hominum concessisse, quod vel melius vel iucundius me vixisset? Nam optime quidem arbitror illos vivere, qui optimè dant operam, ut quam optimi fiant; incundissime vero, qui maxime fieri se meliores sentiunt. Quae ego hactenus mihi evenire animadvertisi. Neque tantum ego, sed amici etiam mei de me constanter ita sentiunt; non quod me ament (nam etiam qui alios amant, ita suos in amicos affecti sunt) sed quod se ipsos etiam ex consuetudine mea quam optimos existiment evadere.”

Haec interpretatio verbi τὸ καλός non abhorret a Platonico, neque quod fortasse hic etiam maioris est momenti a Socratico usu. Ex Memorabilibus videmus²⁾, rem quandam καλόν modo appellari si et utilis est, et modo iis et catenus καλόν, quibus et quatenus est utilis³⁾. Et quoties invenimus vocem καλόν coniunctum cum ἀγαθόν! Ex duobus his verbis mox composita καλοπάθεια et καλοπάθησις nata sunt, et in neutro καλόν aliud quid significare potest, nisi id quod et hic in secunda Socra-

1) Mem. IV: 8: 6, 7.

2) IV: 6: 9.

3) Cf. etiam Mem. I. Cap. V. ubi temperantia dicitur esse pulchra possessio. IV. Cap. VI: 10 ubi ἀνδρία, IV. Cap. V, ubi ἐλευθερία καλὸν quid appellatur etc.

tis oratione καλλούς significationem esse coniecimus; honestum, probum nempe.

Probe scimus multas adhuc difficultates inesse in fabula nostra; multa enim insunt, quae necessario sequi debent ex imaginibus, quibus Plato usus est, et quae difficile, ne dicamus impossibile esset ex re ipsa quae in fabula exponitur explicare. Credimus nihilominus fabulam nostram a nobis ex indole et usu Platonis esse explicatam, et rem principem satis elucere. — Sapientia possessio est Deorum; Amor sapientiae, philosophia est hominum; qui hanc sophiam quaerunt, numquam immemores sunt τῷ γγῶθι σεωτόν, quia in dies magis in se inspiciunt, alios quos vident eidem studentes, diligunt, cum iis, aliis rebus neglectis, feliciter vivunt, et sibi invicem prosunt.

SYMPOSION.

Plato postquam iam in Phaedro quodammodo suam doctrinam de Amore exposuit cam fusius et intellectu faciliorem proponere vult. Xenophontis Symposium iam exstitit, in quo scriptor verisimile, ut in Memorabilibus, Socratem ad ipsam vitam depinxerat, et ita narrationem dederat eorum, quae Socrates in Convivio quodam dixerat. Haec forma ad opiniones de Amore proferendas, placuit Platoni qui ea utitur et fortasse, vel Xenophontis libro aperto, Symposium suum conscripsit. Non opus est ut hic de simultate inter duos illos excellentes Socratis discipulos cogitemus. Non credimus alterum Symposium conscripsisse ut contra alterius expositionem Socratis contenderet; uterque enim proprium quid habebat quod sequebatur. Xenophontis propositum, non valde alienum a proposito in Memorabilibus consribendis, legimus his verbis: „Mihi memoratu digna esse videntur, non tantum ea quae honesti bonique viri serio agunt, sed etiam quae inter iocandum¹⁾;” Platonis, licet

1) Xenoph. Symp. I. 1.

nullis verbis apud eum explicatum inveniamus, satis perspicuum est; nam nihil est aliud nisi id quod in omnibus suis scriptis sequutus est: doctrinae suae expositionem ore magistri, qui hac agendi ratione simul illustraretur et celebraretur. Plato igitur Socratem ad suum usum fingit, eique orationem sententiamque suam tradit. Ne autem veritatem historicam laedere videretur, prooemium scripsit, quo lecto nemo eum reprehendere possit, si non prorsus dicta, sed interdum dictis meliora proposuerit. Xenophon quum ea narrat, quae in domo Calliae, postquam eius amasius Autolycus victor quinquertii nunciatus est, facta et dicta sunt, Plato exhibit ea quae in domo Agathonis poetac, victoriae tragicae festum celebrantis, facta et dicta sint. Et quum in fere omnibus dialogis, — Phaedo excipiendus est, et Plato hic eandem ob causam, ob quam in Symposio a consuetudine recessisse videtur — simpliciter res narrat, quā actae sint, in huius libri initio non ipse nos ad Convivium inducit, sed sermones ibi habitas narraturum affert Apollodorum, qui et ipse convivio non adfuerat, sed ea quac in Agathonis domo acta dictaque essent, audiverat ab Aristodemo, uno e convivis. Quare tantus apparatus? Ut magis ingenio suo indulgere possit in sermonibus ibi habitis narrandis, ut minus sit restrictus iis quae revera dixerant convivae, ut si quadam in re a veritate historica aberret hoc non sit mirum, — immo potius esset mirandum si res ab Aristodemo Apollodoro, ab hoc Glauconi et a Glaucone Platoni narrata non hoc esset passa, ut quodammodo mutata sit¹⁾.

1) Diversam affert causam Munkius l. l. 195.

Omnium fere consensu Platonis Symposion est opusculum summa arte confectum, quod ingenio poetico, quo Platonem natura effuse donaverat non minori est gloriae quam eius indoli philosophicae¹⁾. Forma, ratione et colore tam vehementer discrepat a ceteris nostri scriptis, ut stricto sensu dialogus appellari non possit. „Socrates hic non est ille qui arctioribus nodis urget atque implicat adversarium, sed eludendi magis quam decertandi modo apprehensis dat elabendi prope atque effugendi locum²⁾.” Res narratur, sed ita ut narrator plane dispareat et oratores ipsi, quorum sermones afferuntur, loquentes inducantur; ut res igitur coram te agatur. Non illepida est imago qua Fortlagius³⁾ utitur, quacum Symposion comparet. Platonis Symposion, ita fere dicit, compositum est domus venustae instar. Primum duo sunt luminosa conclavia, cuius parietes speculis distincti sunt; dein tres priores orationes, ut totidem nitidae et modesta supellectile ornatae habitationes. Mox iis similes, qui cupidi sunt res domesticas videndi, in latus vertimus, et conclavia interiora minore cura ornata intramus, Aristophanis nempe humidum cubiculum et Agathonis variam, luminosam et singularem γρυποδόκην (Rumpelzimmer), ubi undique lusus et deliciae, poma et uvae passae, vestes auro pictae, statuae marmoreae et cibi amoenissime mixta te circumiaciunt. Regredimus in prothyra et venimus in magnam Socraticam exedram, et tandem inde Alcibiadis oratio nos allicit, quam

1) Cf. Wolf's Einleitung, pag. XXIX.

2) Macrob. Saturn. I: 1.

3) Phil. Medit. über Platons Symp. pag. 24.

comparare possumus cum horto virgultorum vennistorum,
et revera hortus ille est amoenissimus."

Et libro lecto nemo est quin dicere cogatur cum Schleiermacher: ¹⁾ „Hoc est opus summa arte confectum,” aut cum Stallbaumio ²⁾ censeat: „Dialogus hic sane habendus est in praestantissimus veteris eloquentiae et philosophiae monumentis, tum ob orationis elegantiam, quum ob rerum ordinem et argumenti gravitatem et dignitatem;” aut cum Astio ³⁾ iudicet: „Dictio tam perspicua est et ita pulchre elaborata ut in omnibus litteris Graecis nihil simile inveniamus, et expositio revera est Socratica.”

Sed potius quam hisce alia addamus inspiciamus in ipsis dialogi argumentum.

Poeta Agatho victoriam reportaverat in certamine tragico et hanc ob causam magnum festum dedit amicis, quod per biduum tenuit. Socrates priore iam die invitatus, abuuit, sed promisit se altero die esse venturum. Et hic quum venisset λελουμένος τε καὶ τὰς βλαχύτας ὑποδεδεμένος, ad domum poetae contendit. In ipsa via autem obviam fit Aristodemo, quem invitat ut secum eat, et cuius cunctationes, quia non vocatus esset, tollit. Duo quum una eunt, Socrati quid in mentem venit, de quo videtur omnibus posthabitis ad certam venire velle notionem. Praemittit igitur Aristodemum, qui suum adventum annunciet, quum ipse cogitationibus inhaerens consistit. Aristodemus cordialiter ab epularum do-

1) II. 2. 254.

2) Intr. ad Symp. pag. 7.

3) Plat. Leb. u. Schr. pag. 314.

mino accipitur, et dicit Socratem qui ei persuasisset ut veniret, mox esse venturum. Statim puer mittitur, qui Socratem flagitet ut citius veneat, philosophum autem adhuc cogitationibus infixum invenit in *προθύμῳ* vicinorum et recusantem iam intrare. Coena interea apponitur et Socrates iterum atque iterum vocatus non appetet antequam rem de qua cogitat satis accurate exploravit; media coena coenationem intrat et assidit iuxta Agathonem, cuius laudem aut iocum ad eum ipsum retorquet. — Coenare pergunt, libationes perficiunt, hymnos canunt et ex more ad pocula ibitur, quum Pausanias admonet plerosque convivarum crapulæ hesternæ effectus adhuc sentire, et proponit, ne denuo hodie biberent. His verbis ceteri assentiuntur, in primis medicus Eryximachus, qui contendit crapulam homini esse noxiā, et statim necessario Phaedrus, iuvenis valetudinis eurantissimus, pedibus in eius it sententiam. Tibicina, quae modo venit, demittitur, et consilium initur, ut sermonibus conferendis se invicem delectent. Eryximachus dicit se paratum esse confabulationis argumentum proponere, quo simul et Phaedro gratificaret. Hic enim iam saepius quaestus erat, omnes Dei quum laudibus et hymnis celebrati essent, nunquam adhuc in Amorem hymnum esse cantatum, qui tamen tantus et tam magnificus est Deus. Ac non iniusta talis est querela, quia non heroes modo, sed et res inanimæ, ut nuper v. c. sal, laudatae sunt, licet oratione soluta. Auctor igitur medicus esse vult ut huic neglectui finis imponatur, et proponit ut quisque ordine laudem in Erota habeat, quam pulcherrimam possit. Phaedrus qui *πατήρ* est τοῦ λόγου incipiat, et omnis a dextro eum

excipient. — Socrates contendit hoc propositum sine ullo dubio ab omnibus comprobatum iri, neque se huic esse repugnaturum, nisi metueret ne cui postremo laudandum esset, herba ante pedes messa foret. Sed addit: si ceteri recte officio fungentur, ea quae dixerint, satis erunt. Omnes ei assentiuntur, et Eryximachi propositum plausu accipitur. — Incommode autem accidit, ut Aristodemus non satis accurate omnia meminerit, et Apollodorus quoque aliud aliudve oblitus esset eorum, quae convivae dixissent, atque ea sola teneret, quae sibi in cuiusque oratione digna visa essent, quarum non obliviscatur.

Percurramus singulas orationes ordine servato in quo eas apud Platonem memoratas invenimus, et quo magis eluceat, quod in primis comprobatum esse volumus, praemittemus breves de oratorum personis notitias. Magni enim momenti esse credimus ad plane Platonis consilium in hisce exponendis perspiciendum, ut quoad licet — de multis enim pauca nobis nota sunt — oratores ipsos cognoscamus.

PHAEDRI ORATIO.¹⁾

Phaedrus qui non modo in Dialogo suo nomine inscripto

1) Athenaeus XI: 505. Ἀδίνατον δὲ καὶ Φαιδρον οὐ μόνον κατὰ Σωκράτην εἶναι τὴν πού γε καὶ ἐρώμενον αὐτοῦ γεγονέναι. Esset gravissima haec sententia si Athenaeo fidem habere possemus. Astius Plato's Phaedr. n.

et hic, sed etiam in Protagora (315. C) nobis occurrit, filius est Pythocles ex demo Myrrhino. Pauca de eo nota sunt. Ex ditissimo (Phaedr. 235. D.) pauper factus est (de Aristoph. bon § 15). Habitus est amasius Platonis (Diog. Laert. III. 29. 31), est iuvenis mollis et delicatus, in primisque valetudinis anxius (Phaedr. 227) quam ob causam longe ante alios cum medico, cuius praescripta accurate sequitur, domum abit: est amans disputandi atque non ab re Socrates ei fecit narrationem de cicada; est sectator Lysiae oratoris; Tisiae rhetoricais scriptis operam dederat, non vero multum profecit, et ne Lysiae quidem orationis, quam maxime mirabatur, propositum intellexit. Munkius¹⁾ qui in hoc Steinhartium est sequutus pulchre eum ita fere describit: „Est iuvenis ingenio potius ad accipendum quam ad creandum apto, sine ulla ingenii vi ac aetitudine, destitutus firmis principiis logicis et ethicis, captus quacumque re nova splendidaque, tam in vita quam in artibus et scientiis; discipulus Hippiac ut iam in Protagora apparet elegantiorum amans litterarum, et admirator quotidianus, aliud tamen quam meram voluptatem novit vitae usum, et veritati aditum in animum reliquit etc.” Hic iuvenis iam antea a Socrate Amorem doctus, primus laudare incipit Amorem, atque mythologice agit; dicit enim.

Amor magnus est Deus. Jam ab Hesiodo, Parmenide

Gastus p. 187 in annot) eum nuncupat *tadelsüchtig*, atque Krische (über Plat. Phaed. p. 9) dicit: Athenaeus der absichtlich den Platon zu schmähen sucht, et explicat quomodo Athenaeus adductus sit ad ea, quae narrat; quia nempe Platonis Phaedrum et Alexis comic. Phaedrum eandem esse existimat personam.

1) Munk. l. l. p. 219.

et Acusilao inter veterrimos adnumeratus est Deos, ac talis quum sit, nobis etiam summorum auctor est bonorum. Quid enim iuveni magis prodesse potest quam ut bonus ei sit amator, aut quid plus amatori conduceit quam bonus amasius? Nihil aequa ac Amor valet ad pudorem efficiendum in rebus turpibus neque ad aemulationem movendam in honestis. Si quis turpe quid facit, aut per ignaviam se ab iniuria non defendit nec patris nec cuiuslibet ita eum pudebit quam amasii, si deprehenditur. Optimum quid esset civitati si exercitus amatorum et amasiorum comparari posset, — nam nemo tam est ignavus, qui non Amoris virtute ita incendatur ut vel optimo nihil cedat. Atque profecto amantes soli, mulieres acque ac viri, pro amasiis occumbere volunt. Testes sunt Alcestis, quae pro marito Admeto mortem obiit et Orpheus, qui, ut uxorem in lucem reduceceret in Orcum descendit; nec non Achilles qui amico Patrocli superstes esse noluit. Ut vero alias alium superavit Amore, ita neque paria acceperunt praemia. Orphens re infecta ex inferis rediit, sed mox a mulieribus est dilaceratus. Alcestes in vitam rediit, et Achilles in beatorum insulas abiit. Achilles autem amasius non amator fuit Patroclis, et Dei pluris illius quam huius faciunt devotionem. Concludit Orator: Amorem esse veterimum, honoratissimum et efficacissimum deum, ad virtutem beatitudinemque comparandam hominibus tam vivis quam mortuis.

Talis Amoris laus maxime congruit cum indele iuvenis, qui Lysiae amatoriam orationem non satis habuit semel audivisse, sed scriptori suasit ut saepius eam repeteret, qui dein libro accepto urbem egressus, ediscere

eam conatus est, qui et gaudebat se Socrati obviam venire in quo periculum faceret num satis accurate eam teneret; qui non recusat orationem iam toties repetitam iterum legere et qui quum Socrates dixisset πλήρες πως, ὃ δαιμόνιος, τὸ στῆθος ἔχων αἰσθάνομαι παρὰ ταῦτ' οὐκ εἰπεῖν ἔτερα μὴ χείρω, pectus mihi nescio quomodo impletum esse sentio, ita ut praeter ea, alia non deteriora habeam, quae dicere possim; ac dein ea proferre nolle, eum minatus est, eum nisi sua sponte narrare vellet, vi coactum ad verba esse venturum. A tali viro exspectanda est Amoris talis laus, qualem hic invenimus. Qui semper de Amore aut ipse loqui aut alios sermones facientes audire vult, qui existimat nunquam Amorem a quodam poeta satis decore esse celebratum, qui et ipse eius vim est expertus et qui non est philosophus ut Socrates, aliter de Amore iudicare non potest. Est sane Amor quem laudat non οὐρανίος ille de quo posthac audituri sumus, sed Vulgaris, est Amor qui eo tempore apud Graecos vigebat, non autem apud omnes sed tantum apud optimos; de paederastia agit sed quasi de re quae maxime reipublicae prosit.

Colorem poeticum huius orationis si modo in eo videre vellemus, quod Phaedrus plurium poetarum afferat sententias ad suam de Amore opinionem comprobandam, ridiculam sane de poesi haberemus sententiam, — sed cum miramur in modo, quo de paederastia agit, cuius obscoenitates ne verbo quidem memorat, quam purgatam exponit; ¹⁾ ita ut neque amator neque amasius sua sed

1) Nam hoc in primis est munus poeseos ut excolat, corrigat, mulcat, non vero, ut saepius nostro aevō, emolliat. Ita et veteres Gracci

potius alterius spectet et ne mortem quidem alter pro altero subire dubitet. Tantus Amor a diis summis afficitur honoribus; qui vero ut Orpheus sui ipsius est amantior quam amasii, etsi omnes ingenii dotibus supereret, non voti fit compos; diis non est acceptus, et hominibus quoque in odio est.

Quod dicitur de Amore nullis parentibus orto, si in hoc inquirere vellemus, longius a proposito aberraremus; est enim res quae arctissime cohaeret cum mythologia nec non cum philosophia¹⁾. Aliud quid, de quo infra sumus acturi, est, Phaedrum in oratione sua mentionem facere mulieris quae Orpheo magis laudatur. Quod carpit Phaedrus Aeschylum, qui Homeri fabulam mutaverat et Achillem ex amasio amatorem fecerat, et ea quae dein assert satis probant cum a Socrate meliora esse docatum in colloquio, quod in dialogo cognomine memoratur. Platonis Amori, qui spectat virtutem, iam aditus paratur, quum effectus Amoris his verbis describitur: η ἐπὶ μὲν τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνη, ἐπὶ δὲ τοῖς καλοῖς φιλητική, pudor in rebus turpibus et studium pulchri honestique.

II. PAUSANIAE ORATIO.

Phaedrus quum finem imposuisset orationi alii locuti sunt, de quorum sermonibus nihil exponit Apollodorus,

de poesi indicarunt, et primam culturam suae patriae indigenis allatam esse dixerunt a poetis, Amphione, Orpheo, aliisque.

1) Fusius de hoc agit: Creuzer Symb. I, II et multo compendius Fortlage l. l. 54 sqq.

quia Aristodemus eorum plane erat oblitus. Hinc efficere possumus eas orationes non fuisse magni momenti aut sane non tales qualcs Plato in Symposio referre voluerit. Fortasse quaedam ex Phaedri oratione exceperunt, quae amplificare aut mutare conati sunt; de pacerastia v. e. ita disserere potuerint ut eorum dicta referre, cadere non potuerit in consilium Platonis. Plato enim, quamquam varias de Amore opiniones tradere voluit, eas modo proposuit quae non graviter discrepant a sensu pulchrique honestique. Post eos Pausanias Amoris laudem incipit atque iuridico more agit.

Pausanias autem fuit Ceramicus, amator Agathonis tragicis, in cuius domo Convivium habetur¹⁾. Partes quas in nostro convivio agit, sunt quae Socrati tribuantur a Xenophonte, apud quem Pausanias turpes quasdam exprimit opiniones. Astius²⁾ existimat Pausaniam emisisse libellum croticum quem Plato et Xenophon ante oculos habuissent, quum Symposion scribebent. Groen van Prinsterer³⁾ hac de re iudicare non vult, dicitque esse litem, quae vix ut videtur dirimi possit. Astius ad sententiam suam comprobandum affert Xenophontis Symp. VIII: 32, 34, 35 unde autem nullo modo efficere possumus, exstitisce Pausaniae scriptum, quod si esset non legeremus perf. εἰρηκεν sed potius φητι; vel γέγραφεν⁴⁾. Addamus Athenaeum confiteri se nulla eius scripta novisse. Praeter ea quae Aelianus de Agathone et Pau-

1) Protagor. 315 D. et Aelian. II: 21.

2) Plato's Leb. u. Schr. 315.

3) Prosop. Plat. 207.

4) Cf. quae Ueberweg affert l. l. p. 140 sqq. de usu praesentis et praeteritorum temporum in Aristot. commemorationibus.

sania in Archilai regis Macedoniae aula narrat, mentionemque eius a Plutarcho factam¹⁾ nihil amplius de hoc viro invenimus.

Duo sunt Amores, nam et duae sunt Veneres, altera Urania, altera Vulgaris, et eodem modo, quo hae differunt, etiam Amores sunt distinguendi. Nullum factum per se ipsum honestum est aut turpe, sed ex modo, quo fit, tale evadit. Ita et Amor; quam ob causam uterque Amor accurate est definiendus. Qui vulgarem sectantur Amorem tam feminas²⁾ amant quam viros, corpus potius quam animum, insipientissimos magis quam sapientes, quia illi se his facilius amatoribus tradunt, amantque practerea sinc delectu quem primum inveniant. Qui vero coelestem colunt Amorem a mulieribus abstinent, ne pucros quidem amant sed adolescentes qui iam sapere incipiunt et cum his amicitiam ad vitam instituunt. Lex esset ferenda de Amore puerorum ut iam lata est de Amore ingennarum mulierum. Alio loco aliter de Amore indicatur; in Elide et Bocotia pulchrum habetur Amatori se tradere, quia harum regionum incolae non arte dicendi valeant, qua iuvenibus suadeant ut Amatori morigerentur. In Ionia autem et in regionibus barbaris tyrannisque subjectis talis Amor aequa ac philosophia et gymnastice turpe creditur, quia amicitiae firmae, ut ex Aristogitonis et Harmodii exemplo satis patet, semper tyrannidi sunt perniciose. Athenis

1) Sympos. I. quaest. I.

2) Feminae non magni siebant apud Graecos, v. Meiners, Vermischte Schriften. I: 80 sqq.

et Lacedaemone difficile est dictu, quid de Amore sit statutum. Partim enim ei favent, eumque honorificum existimant, si modo palam non clam agat amator et ingenuos optimosque eligat iuvenes etiamsi corpore non sint insignes. Honori est amator, si compos sit voti, dedecori si operam perdidit; atque quod nulla alia in re conceditur, servorum nempe munere fungi, supplicem se praestare, ante ianuas cubare, immo peiurare, haec amatori permissa sunt. Partim vero et in his civitatibus Amor turpe quid videtur, ita ut patres paedagogos apponant qui filios ab amatoribus semoveant, et ut ab aequalibus contumelia illi afficiantur qui se in consuetudinem tradant amatoris. Mos autem receptus nihil aliud iubet nisi amasium effugere, amatorem vero perseverare, hoc spectans ut utriusque oblata sit opportunitas alterum cognoscendi. Ex his patet turpe esse amasio, si praepropere se tradat, si hoc faciat adductus spe divitiarum aut magnae in civitate auctoritatis. Talis lex lata maxime prodesset, qua iuveni liceret morigerari cuique viro, qui virtute et sapientia ceteris antecellat et a quo ipse in his summis bonis fructum quandam percipere possit. Qui amatoris, quem divitem esse existimat, amicitiam divitiarum causa accipit, nihil inde proficiet etiamsi appearat verum esse quod opinatur; talis amicitia ei probro erit, qua ostendit se ob pecuniam amatori in omnibus rebus morigeraturum fuisse. Qui vero viro, quem probum ducit, amasius esse vult, ei et decori erit, si amator ostenderet se non esse virum probum: nam ipse amasius se ad omnia virtutis adipiscendae causa paratum esse ostendit. Amor coelestis igitur tam reipublicae quam singulis hominibus summi est pretii, quia ama-

torem amasiumque cogit ad virtutem omnibus viribus
colendam.

Ex hac Amoris expositione Atheniensem huius temporis
planc cognoscimus. Cf. Stallbaum Prol. 27; e vocabulo-
rum notionumque distinctione sentimus Prodici discipu-
lum. Cf. Protag. 315 D. et 541. A. Atque quū, aliter
de Amore agere potuisset amator in ipsius amasii domo.
Ex omnibus enim quae de Amore afferri potuissent, ea
eligenda erant, quibus τὸν Ἐρωτὸν quam splendidissime or-
naret. Et quam praeclare hoc fit! Initio facto a re ipsa,
laus nascitur patriae, quae omnibus tam barbaris, quam
ceteris Graecis civitatibus antecellit legibus aut more re-
cepto de Amore puerorum. Usus enim Atheniensis optime
consuluit reipublicae. Patria iam semel dulcissimum
Amoris gustavit fructum ei paratum a iuvenibus illis
praeclaris, qui tyrannum interfecerunt et partim in causa
fuerunt recuperatae libertatis.¹⁾ — Nomina Harmodii et
Aristogitonis colorem quandam historicum orationi tribuunt,
quae et ita multo magis se commendat quam superior
laus, in qua nulla nisi nomina e mythologia, aut sane
ex historia longe ante maiorum memoriam desumpta
offeruntur. Quibus nominibus auditis scolian praecla-
rum Callistrati:

Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ζεῦς Φορῆσω,
Ωσπερ Ἀρμόδιος καὶ Ἀριστογέλτων

1) Herod. V: 55, 62. VI: 113 et Thucyd. VI: 54.

non fieri potest quin omnium convivarum animis se obtulerit.

Est Pausaniae oratio laus eius paedesteriae generis quod unum laudari possit, si modo omnia ea, quae adnumerantur, revera adsunt, si animi pulchritudo sola spectatur et corporis forma flocci sit. Est laus amicitiae, quam iam supra pag. 63, communemoravimus et quae non nisi bonorum causa esse potest; est expositio vinculorum, quae inter magistrum et discipulos, benefactores inter et benefactos existere debent, et quorum exempla non modo apud Graecos, invenimus, apud Pythagoreos et Cynicos (v. e. Cratem et Zenonem), sed cuius vestigia etiam apud Indos reperiuntur. Legimus enim in Ramaiano a discipulis venerandorum monachorum magistris aquam in situlis hauriendam esse.¹⁾

Simul quum Amorem Uranium illum laudat, confitetur orator etiam alium Amorem, vulgarem, existere et apud Graecos inveniri. Qua confessione, ut nostra fert opinio, non parum augetur venustas, praestantiaque boni Amoris expositionis, etsi nondum plane nobis persuasum sit, Pausaniam vita et factis Erota illum coluisse, quem tot et tantis verbis ornavit.

III. ERYXIMACHI ORATIO.

Pausanias quum orationi finem imposuisset, dicendum

1) Cf. Fortlage, l. l. p. 76.

fuit Aristophani, qui tamen singulta prohibebatur, quominus munere fungeretur, et cuius partes Eryximachus remedio oblato egit, conditione facta ut ille post eum diceret.

Quid velit haec orationum intercapedo est quaestio, quac variis coniecturis ansam dedit. Sunt interprotes, qui existimant Platonem lectorem praeparare velle ad ridiculosam certe Aristophanis orationem; alii putant esse derisionem nimis longae Pausaniae orationis, cuius Aristophanem iam taederet; alii ducunt faciem desig-nationem eius, qui Baccho et Veneri solis esset addic-tus. Sed nonne fieri potest, ut Plato, quem iam supra dixisset die superiore satis esse potum a plerisque con-vivorum, narrationis continenda, eiusque veritatis pro-bandae causa, hoc loco, insuaves immo molestas conse-cutiones talis potationis exponere vellet? Cuicunque opinioni accedamus, confitendum nobis erit, hisce paucis verbis vim ostendi ingeniosi viri, qui, ut optimus pictor una linea tanquam vitam dat imagini, tribus verbis colorem mutat narrationis. Comparari potest haec digressio cum episodis in carminibus heroicis, et id vult ut lectoris animum laxet antequam denuo omnem eius animi atten-tionem postulet.

Eryximachus autem, quem etiam memoratum inveni-mus in Prot. 315 C, est medicus, filius Acumeni me-dici, qui Phaedr. 227 A. Socratis appellatur amicus. Ex Protagora l. i. efficimus eum fuisse sophistae Hippiae Elei familiarem, et ex ipsa oratione multa possumus col-ligere vestigia institutionis, qua usus est. Agit enim plane sophisticè; non, quod a viro scientiis imbuto, et Socratis discipulo exspectamus, a definitione orditur, sed ea quae a Pausanio omissa esse contendit, narrare incipit.

Duplex sane est Amor; non in animis modo hominum, sed et in bestiis; in plantis quoque eum duplum invenimus, quod multis e disciplinis probari potest, in primis e medicina. Corpora aegra alia quae concupiscunt et amant ac corpora sana. Sanis corporis partibus solis gratificandum est, non aegrotantibus. Est boni medici recte internoscere pulchrum a turpi Amore, et valere ad illum iniiciendum, hunc eiiciendum. *"Εστι γὰρ ιατρικὴ ἐπιστῆμη τῶν τοῦ σώματος ἔρωτικῶν πρὸς πλησμονὴν καὶ κένωσιν.*

Etiam in musica duplex ille Amor conspicitur. Harmonia enim sive concentus musicus nascitur si duo inter se discrepantia, acutum et grave, concordant; rhythmus si ante inter se pugnantia cito ac lenta consonant. In ipsa autem harmonia et rhythmo nullus est nisi unus et bonus Amor; alter Amor se ostendit quem scribas carmina eave canas, i. e. quem iis uti incipias; nam tunc et coelestis et vulgaris Polymniae Musae cultor esse potes, prout bene moratis aut male moratis hominibus obsequeris eorumque cupiditates Amoresque observas. *"Εστίν αὖ μουσικὴ περὶ ἀρμονίαν καὶ ρυθμὸν ἔρωτικῶν ἐπιστῆμη.*

In astronomia et meteorologia quoque duplex Amor certatur. Nam si contraria in natura harmoniam, moderatamque mixturam inter se faciunt, annus fit fertilis sanitatiique conducens. Sin vero ὁ μετὰ τῆς ὥβρεως *"Ἐρως ἐγκρατέστερος* fit, pestis, morbi, pruina, grando, rubigo oriuntur. *Ἡ τῶν ἔρωτικῶν ἐπιστῆμη περὶ ἀστρων τε Φορᾶι καὶ ἐνισχυτῶν ἄρας ἀστρονομία καλεῖται.*

Postremum etiam in divinatione talis duplex Eros invenitur. Propositum divinationis, qua homines et dii communicant, est, inspicere in Amores iisque medere. Omnis

impietas fit, non si quis τῷ κοσμίῳ ἔρωτι gratificatur, sed alteri. Ή μακυτική ἔστι φίλος θεῶν καὶ ἀνθρώπων δημιουργός τῷ ἐπίστασθαι τὰ πατ' ἀνθρώπους ἔρωτικά, ὅτα τένει πρὸς θέμιν καὶ ἀσέβειαν.

Summa: Amor multam et magnam, immo omnem habet vim; efficit enim ut beati simus, ut homo cum homine versari possit, amicusque sit tam aliis quam nobis potentioribus Diis.

Et nondum satis existimans, omnem vim summasque virtutes Amori tribuisse, Eryximachus addit: Se forte plura, invitum sane, in laude Amoris omisisse, quae autem sperat fore ut Aristophanes addat, nisi hic alio modo Deum laudibus exornare in mente habeat.

Quis hac oratione lecta non in eo est ut exclamat: Mehercle, vir ille pro virili parte egit, et multiplicem ac variam, ne dicamus ex omnibus partibus pertentatam Amoris definitionem laudemque dedit. Se ingeniosum ostendit discipulum Hippiae, illius sophistae qui cognomine πολυμαθοῦς¹⁾ laudatus est, et ex omnibus disciplinarum partibus congruentias, conjunctionesque rerum ad usum suum exegit. In hac autem ampla Amoris acceptione secutus est philosophum Empedoclem, cuius Φιλότης, Αφροδίτη, Κύπρις etc. omnia perfecit; et Amor ille quodammodo cum τῷ ἦν Heraclitico et Pythagoreorum doctrina de Numeris comparari potest, nec non cum Ovidii Deo, meliorque natura, quae litem non bene junctarum rerum diremit.²⁾ Non immerito Amoris definitio a Fortaglio³⁾ tief und vielseitig appellatur; quid

1) Mem. IV. 4. 6.

2) Metam I. 21.

3) l. 1. 93.

enim multiplicius magisque varium appellari potest eo, quod in omnibus rebus, tam animalibus, quam inanimantibus, etiam in divinis conspicias (183. A.) Sed etiam libenter huic scriptori accedimus quum dicit hanc orationem confusam et turbatam (verworren u. durch einander geworfen) esse. Exorditur enim noster a medicina, passim memorat gymnasticam et agriculturam, pergit ad musicam, loquitur deinceps de anni temporibus, de astronomia, de sacrificiis, de mantice. Pudet me confiteri, quia hac confessione simul Minervam meam pinguem ostendam, me nihil fere huius orationis intellexisse, quae tamen a viris doctis variis cognominibus honorificis laudatur, et elegans, venustatis festivitatisque dotibus plena dicitur.¹⁾ Non video quid interesse possit inter pravas cupiditates corporis aegri et rubiginem grandinesque, nisi quod utrumque sit malum. Si medicina est ars, quae bonis corporis sani partibus gratificari, malas opprimere conatur, quid hic fit mentio astronomiae, quae non ut adhuc audivi conata est rubiginem grandinesve depellere aut impedire. Sed haec si vitia sunt, certe sunt minoris momenti, et prorsus non adessent si Eryximachus suo ordine verba fecisset; nunc autem, partibus Aristophanis acceptis, fere fieri non potuit, quin oratio minus accurate disposita, atque quodammodo confusa esset. Grave praeterea argumentum ista confusio est Platonis summac artis dramaticae peritia; nam ne in minimis quidem rebus hanc artem desideramus, vel potius ars sive fictio abiit in veritatem, et Plato, Symposium quum scribebat, ita in rebus et personis vivebat, ut ipsi viderentur loqui et

1) Cf. v. c. Groen v. Prinsterer. Prosopogr. Plat. pag. 194.

agere, et ita factum est ut etiam nos, librum quum legimus, oratores quasi ipsos loquentes audiamus.

Oratio Eryximachi cum duabus superioribus magnificentum efficit totum in quo Eros theologice, iuridice et medice pertentatur, definitur et laudatur, et semper maiore gravitate res agitur. Gravitate autem ad summam perducta, Plato eam dimittit et cum Aristophanis persona levitatem vel potius levitatis facetiarumque speciem introducit, quae animum iam diutius intentum relaxet.

IV. ARISTOPHANIS ORATIO.

Multa scripta sunt de re fere mirabili, Aristophanem in ipsum convivium a Platone esse introductum, quum poeta comicus in *Nubibus* Socratem tam vehementer exagitavisset. Rem autem acu tangere, et ita quidem ut nobis ipsis persuasum sit hoc fecisse, mihi videtur esse res e paucis difficile illima, tot et ita variatae sunt doctorum opiniones plausibiles. Neque huius temporis neque huius loci est eas enumerare. Praeclare de hoc egit Wolflus in *Introductione in Symposio*, quae conferatur. Tria verba autem hic dicenda sunt. Plato ut iam supra diximus, pietate discipuli in magistrum motus, Socrati in omnibus fere dialogis primas partes tribuit. Sed et Aristophani multum debuit. Olympiodoro teste, comicis scriptis magnam operam dedit et non parvum ex hoc studio profecit in primis in arte indolis, morumque depingendorum. Comicum maximi fecit, ut ex distycho illo noto :

*Αἱ χάριτες τέμενος τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται
Ζητοῦσαι, ψυχὴν εὑρον Ἀριστοφάνους.*

colligere licet. Quid mirum si Plato viro, quem maxime admirabatur, sedem tribuerit inter homines illustrissimos sui temporis, qui in hilari convivio de tanta re verba facerent! Sed redeamus ad historiam convivii, paucis praemissis de ipso oratore.

Aristophanes, Atheniensis ¹⁾ aut Rhodius ²⁾ unus e summis viris fuit, quibus Graecia gloriari possit. Licet annus, quo natus sit, et annus quo mortuus sit, nobis ignoti sint, constat eum floruisse bello Peloponnesiaco. Ex 11 enim eius comoediis quae nobis supersunt, 10 datae sunt illo tempore. Summa licentia usus est in comoediis conscribendis, atque inde sibi magnam quidem invidiam contraxit, in primis demagogi Cleonis, qui eum plurium litium reum fecit, sed etiam a civibus, teste biographo ignoto, valde laudatus et amatus est, quia in dramatibus suis ostendere conatus esset quam libera civitas Athenarum esset, neque ab ullo tyranno domita. — Ob hoc studium etiam olivae sacrae ramo coronatus est, qui honor idem esse existimabatur atque corona aurea. Nulli, neque demagogis, neque sophistis neque diis ipsis in comoediis pepercit, ideo ut a quodam non iniuste ³⁾ impunitus deorum gentilium irrigor dici posset. Iam vivus ita inclaruit ut eius nomen ad

1) Biographus ignotus in Schol. in Aristoph.

2) *Suidas* in voce, qui addit: alii eum Aegyptium, alii Camirensem dicunt.

3) Böttiger anno 1790 Lipsiae in lucem emisit libellum hisce verbis inscriptum.

regem Persarum penetraret, qui rogaret in utra civitate comicus fuerit. Quanti a Platone aestimatus sit, patet tum ex iis quae iam supra narravimus, tum ex iis quae Biographus scripsit: „Φασὶ δε καὶ Πλάτωνα Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ βουληθέντι μαχεῖν τὴν Ἀθηναίων πολιτείαν πέμψαι τὴν Ἀριστοφάνους ποίησιν καὶ συμβουλεῦσαι τὰ δράματα αὐτοῦ ἀσκηθέντα μαθεῖν αὐτῶν τὴν πολιτείαν. Neque dein eius gloria minuta est. Rhetores enim in scholis Aristophanis dramatibus et comicorum chrestomathia utebantur, quibus ἀστείαν λέξιν sibi compararent.¹⁾ Ecclesiae pater Chrysostomus narratur semper Aristophanis opera sub cervicali habuisse. Et nostro tempore nullius fere scriptoris Graeci opera magis leguntur et gustantur quam comicci. Gloria Aristophanis in eo sita est, quod atticissimi subtilitatem coniunxit cum vena comicci, et altitudinem mentis sanae occultavit splendore splendidissimae poeseos. Haec satis dicta sint de scriptore, qui dignus est a quoquam lectitari, et quo indignum esset plura de eo commemorari. Tria verba addamus; omnia quae in comicci ipsius operibus, vitia aut virtutes tibi videbuntur, eadem hic in oratione invenies.

Aristophanes non diutius singultibus impeditur quominus verba faciat; igitur dicit se paratum esse ad partes suas perficiendas. Antequam autem incipiat iocum agit in Eryximachi orationem, et iocum quidem quo simul et medico peritiae testimonium dat, et oratorem aut si mavis philosophum perstringit. Dicit enim singultus desiisse, non autem priusquam sternutationem adhibuerit, ita ut miraretur corporis elegantiam huiusmodi

1) Bernhardy. Innere Gesch. der Griech. Litt. I. pag. 536.

sonitus et titillationes desiderare, cuiusmodi et sternutatio est. Hic iocus non aberrat a scopo, Eryximachus ejus sentit vim, et dicit, se his verbis coactum esse captare quac risu digna ineptaque (*γελοῖον*) diccret Aristophanes, quaeque aliter missa fecisset. Aristophanes subridens palinoediam canit et affirmat se iam satis vereri, ne non ridicula (*γελοῖα*) modo, quod et Musae comicae lucrum et consentaneum esset, sed et deridenda (*παταγέλαστα*) prolaturus esset. Talis subtilitas, quae verbo *γελοῖον* statim aliam tribuit significationem quam quae prima ei data erat, et qua verba Eryximachi quodammodo inepta facta sunt, deterret medicum, quominus longius pergit. Iaculo immisso dicit: „Credisne te evasurum esse? Sed animadverte et ita loquere, ut qui verborum tuorum rationem es datus. Fortasse autem (et in his confitetur se diffidere ingenio suo) si mihi placebit te dimittam.”

Hac admonitione et stimulatione confirmatus Aristophanes dicit: Sibi esse in animo alio modo de Amore disserere, quam Eryximachus et Pausanias disseruerunt; sibi enim videbantur homines prorsus Amoris vim non sensisse. Nam ea intellecta maxima tempa, arae, sacrificiaque parata essent ei, qui unus omnium Deorum maxime hominibus est benignus adiutor et medicus eorum morborum, quibus pulsis summa beatitudo esset humano generi. Haec quum ita sint vim Amoris iis vult narrare, ut invicem ipsi aliis sint magistri. Sed primo loco humana natura eiusque vitia exponenda sunt.

Hominum natura initio non talis fuit qualis nostra. Tria enim erant hominum genera, femininum ex terra, masculinum ex sole et tertium, quod ex utraque con-

stabat, cuiusque nomen est androgynon, e luna natum. Forma horum hominum erat rotunda, tergo et pectore circulum efficientibus. Quattuor erat manibus, totidem pedibus, duabusque faciebus in cervice rotunda, sed altera alterius similis. Auribus erant quattuor, pudendis duobus, ceterisque eodem modo. Statura erant erecta. Sed quum magna velocitate currere voluerunt, pedibus manibusque usi, se rotaverunt, atque octo his artibus mira celeritate viam confecerunt. Homines autem viribus roboreque inflati et superbius de se ipsis cogitantes Iovi ceterisque Diis insidiati sunt, et ut Ephialtes et Otus ipsum coelum descendere conati sunt. In hoc discrimine rerum Iupiter Deos ad concilium convocat, ut viderent quid fieri possit ad hominum audaciam prohibendam. Eos, fulmine adhibito, tollere non potuit; unde enim Diis honores et sacrificia pervenirent, hominibus nullis viventibus? Et indignum esset Diis, loveque ipso, si homines tantum facinus impune committere potuissent. Post longam deliberationem, variis consiliis prolatis et dimissis, Iupiter ipse tandem remedium inventit huic malo, quo et homines quam gravissime punirentur et Diis ipsis insuper commodum aliquod nasceretur. „Homines dividuntur in duas partes, quo debiliores sint, et nobis, numero mortalium duplicato, duplex fiat numerus sacrificiorum. Hoc remedium si non satis efficax probetur, iterum dividuntur, ita ut uno pede claudicent.” Hoc consilium, in quod statim omnes coelicolae pedibus eunt, sine mora Iupiter efficit. Ipse homines secat eosque sectos tradit Apollini, quem iubet os et cervicis dimidium ad secturam convertere, ut sectionem semper videntes homines modestiores forent; et dein

ceteras partes sanare. Apollo iussa perfecit, os vertit, pellem ex omnibus partibus in ventrem contraxit, ibique in medio, quod nunc umbilicum appellamus, crumenae instar, nodo ligavit. Rugas, quas necesse erat ex hac sectione nasci, instrumento eiusmodi, quo et calceorum fabri utuntur ad corii rugas complanandas, abstulit, nonnullas autem in ventre reliquit et circum umbilicum, quae memoriam antiqui vitii servarent.

Partes autem ita divisae se invicem quaerebant, et postquam se invenerunt, complexu se tenebant, et coalescendi cupiditate amplexus non remittentes, fami et ignavia perierunt, quia altera separatim ab altera nihil agere volebat. Et altera parte mortua relicta aliam querebat eamque amplectebatur, sive partem mulieris integræ, sive partem viri; et ita omnes periissent, si non remedium aliquod inventum esset. Jupiter autem, misericordia motus huic malo medebatur, pudendis ex postera in anteriorem partem submotis. Ita enim vir quum cum muliere coiret, generavit ille, concepit hacc et fetus nascebatur. Vir vero cum viro congressus satictate implebatur et satiatus ad alia opera abibat, et res ad vitam necessarias comparabat.

Inde ab illo tempore Amor hominibus innatus est, qui antiquam naturam restituere, ex duabus partibus totum quid efficere, et naturae humanae mederi conatur (191 D).

Quisque autem nostrum hominis est symbolum st. tessera, i. e. pars, quae cum nulla alia re nisi cum illa parte, unde olim separata est, unum et totum quid efficere potest. Quisque suam partem quaerit. Ex tertio genere, androgynorum, extiterunt viri qui mulie-

res, et mulieres qui viros amant. — Priorum feminarum partes sunt mulieres illae, quae non cum viris congregari volunt, et omnes Lesbiades ex hoc sunt numero. Qui autem partes sunt virorum illorum perfectorum sunt paederasti; iuvencs cum viris esse cupiunt, et optimi sunt tam puerorum quam adolescentium, quia fortissimi sunt natura. Immerito a quibusdam appellantur impudentes, quia non propter impudentiam sed propter fortitudinem et audaciam et animum virilem cum similibus esse volunt. Ex hoc ordine etiam omnes viri sunt, qui rempublicam gerunt. Adulti nunquam, nisi lex eos cogeret, uxorem ducerent, neque liberos procrearent.

Qui autem dimidiam suam partem adspicit, amicitia et Amore statim impletur, et ne tantulum quidem temporis separatus ab ea degere vult. Vitam una agunt, et non possunt dicere quid a se invicem velint. Amor Veneris esse non potest, quia fortior est. Animus autem, licet explicare non possit quid desideret, nihilominus id divinat quasi et coniicit, ita ut si Vulcanus instrumentis instructus iis auxilio veniens, eos rogaret, quid vellent, dubitarent; sin autem adderet: Vultisne ut vos e duobus unum faciam, ita ut dies noctesque semper una sitis, et ne in Orco quidem separari possitis; nemo esset qui negaret id esse, quod quam maxime cupiat. Huius causa autem prior nostra est natura, qua olim integri (*ὅλοι*) fuimus. Et cupiditas, persecutio huius integratatis nomen habet *Amoris*.

Propter iniustitiam nostram ita divisi sumus, et verendum est, ne diis neglectis iterum secemur, et tum revera similes fiamus iis figuris pictis, quas picturas *en profil*

vocamus. Deos igitur colamus, ut aliquando id nancisca-
mnr, ad quod Amor nobis est dux et imperator, et ut,
quod adhuc paucis modo contigit, omnes amasium nostrum
inveniamus¹⁾). Optimum esset redire ad antiquam natu-
ram: huius proximum bonum est invenire amasium, qui
nostro ingenio conveniat. Qui hoc bono potitus est, ei
Amor Deus est celebrandus, qui iam in praesente nobis
quam utilissimus est, quippe qui nos ducat ad cognati-
tum, et in posterum nobis summum pollicetur bonum,
ut, Diis pie a nobis cultis, nos in pristinum reducat
statum, et omnibus vulneribus sanatis felices beatosque
reddat.

Haec, o Eryximache, est oratio mea de Amore, alias
naturae ac tua etc.

Haec oratio, — non dubitamus huiusmodi proferre sententiam, est margarita ut dicitur aquae purae, quae splendet magis in dies, quo Symposium accuratius inspicias. Est expositio mythica eius quod in intima hominis mente est, et ansam dare potest multis interpretationibus philosophicis et mysticis.

Unicuique iam prima lectione in mentem veniet illorum, quae in primo Mosis libro de hominis origine et de feminae principio legimus. Multo magis vero congruunt cum Aristophanis oratione ea, quae in Talmudo legimus²⁾). Ibi enim hominem primi temporis descriptum videmus

1) Hic Comicus, ut ab oratione et fictione ad veritatem immo ad vitam potius redeat, et simul Eryximachum, Pausiam et Agathonem pungat, dieit: Ne Eryximachus, orationem meam ad ridiculum tradueens, me suspicetur, quasi de Pausania et Agathone dicerem! Nam et hi fortasse eius generis sunt et virili natura. Sed ego etc.

2) Ast. Platons Phaedr. u. Gastm. übers. pag. 312.

duobus faciebus, qui altera parte vir, altera mulier esset usque ad id tempus, quum Deus eum separaverit.

Unde Plato hanc fabellam sumpsit, aut fortasse ipse fuit factor? Non facile quis huic quaestioni responsum dabit, in quo nihil desideretur. Astius favet huic opinioni. Dicit enim¹⁾: Narratio ridicula, (Komische Erzählung) quam Aristophanes profert, sine dubio (unstreitig) est ipsius Platonis fictio. Illi opinioni favetur a Fortlagio²⁾ qui censet eam verisimile repetitam esse ex uno illorum antiquorum mythorum Graecorum, qui nobis perierunt. Ad hanc sententiam affirmandam, lectorum delegat ad Mythum Indicum, qui legitur in Yadschur Veda, et qui quam proxime attingit fabulam Aristophaneam. Hic enim legimus ex Boppii versione:

„Unus, forma humana indutus, erat coram animo, qui se circumagens nihil videbat praeter se ipsum, atque hic primum dixit: Ego sum ego. Ideo eius nomen fuit *ego*, ideoque etiam adhuc si vocatur homo primum respondet: Ego sum; et dein dicit alterum nomen, quod sibi sit. Ille metuit, ideoque et homo metuit si solus est. Sed cogitavit: Quia nihil est praeter me, cur metuerem. Ita metus eum reliquit. Quid enim metueret, quum non nisi alium metuere possimus? — Nulla afficiebatur voluptate, ideo homo non gaudet si solus est. Optabat alium adesse, et statim factus est talis, qualis vir et mulier sunt in amplexu mutuo. Effecit ut ipse (sein eigenes Selbst) in duas dilaberetur partes, et ita

1) Ibid.

2) I. l. p. 132.

existiterunt et vir et mulier. Hoc corpus igitur ita divisum quasi dimidia pars imperfecta sui ipsius fiebat. Cum ea coit, et inde nascebantur homines. Ipsa vacca fiebat, alter in taurum mutabatur; cum ea coit et procreavit vaccas etc."

Quaestio illa tamen, quam prorsus praeterire nolui-
mus, minoris est momenti ad nostrum propositum. Sive Plato fabulam plane finxerit, sive eam ad ingenium Aristophaneum mutaverit, est fabula quae quam maxime congruit cum ipsius Aristophanis solita rerum expositi-
one. Ridicula descriptio modi, quo homines illi primi cursum perfecerint, quo similes siant *monadibus infu-
sionis*, quae volvoxes vocantur, et quae parvorum glo-
borum instar e loco moventur, quum simul circum axem volvuntur; quo modo ne magnum quidem distant ab arachneis, quae tanquam parvi globi currunt, octo artubus horrenda agilitate motis; — hoc, et concilium Deorum et res ibi actae et Apollinis instrumenta etc.
ita plane Aristophanea sunt ut nihil desideretur. Neque silentio praeterire possumus Deorum metum, ut in posterum sibi sacrificia nulla ferrentur, qui ad litteram congruit cum iis quae legimus in Comici *Aribus*. Haec omnia quum perpendimus, non fieri potest quin summa admiratione teneamur tanti viri, qui etiam quum res philosophicas tractat, ne in minimis quidem rebus delinquit in iis, quae proponere vult. Videmus Platonem aliter iudicare ac tot viri docti, qui de rebus gravissimis dis-
putantes omnia, quae ad propositum minus pertinent,
summa, paullum abest quin ex ipsorum sententia dicamus, *debita negligentia agunt.*

Sed cur huic orationi, licet perquam elegans, venusta

et perspicua sit,¹⁾ Plato locum dedit inter varias de Amore orationes? Quid vult Plato hac expositione? Astius contendit: Eam esse cavillationem superiorum orationum a Phaedro, Pausania et Eryximacho habitarum, et simul expositionem vulgaris de Amore opinionis, quasi Amor nihil esset, nisi appetitio voluptatis corporis et refectionis humanae conditionis. Et eodem viro docto auctore: Comicus hic partes ageret, quas Socrates agere solebat, deridendi nempe aliorum, in primis sophistarum, falsas opiniones, et Plato hoc ea mente fecisset, ut Socrates, quum sententiam suam expositurus esset, hanc partem missam posset facere.

Reluctanter talis viri, quum partim libentissime ei concedimus, sententiae opponimus. Ut nostra fert sententia: In hac fabula, aliud quid inest, praeter derisionem et cavillationem, continet enim magni momenti veritatem. Iis missis factis, quae tanquam accessoria sunt, i. e. e persona oratoris ipsa, licet necessario, profecta, invcnimus haccce. Hominis natura eiusmodi est, ut sibi ipse non satisfaciat, ut alium quem cupiat, quocum omnia sive iucunda sive molesta sint, communia habeat, cui vivat, cui patiatur. Privatae utilitatis studium, Egocismus qui appellatur, in homine esse non debet, nam contrarium est eius naturae, neque inesse potest, quamdiu revera homo est. Omnis autem Amor inter homines non est virtus. Amor seminarum inter se magnum est vitium, Amor virorum et adolescentium mutuus laudatur, quippe qui prosit civitati et vacet omnibus libidinibus. Quod Amorem coniuga-

1) Stallbaum. Prol. ad Symp. pag. 29.

lem codem fere gradu ponit, quo Amorem mulierum inter se, non est quod probemus, sed hunc contemptum eius, qui in nostra societatis humanae conditione, tam mirabilem fermeque sacrosanctum occupat locum, ita arcta cohaeret cum Graecorum de mulieribus notione, nec non cum antiquis Atheniensium moribus, quorum propugnator et vindex fuit Aristophanes, ut multo magis mirandum esset si Comicus aliter de eo judicasset.

Per totam orationem invenimus id, quod Franco-Galli *verve comique* appellant, et quo fit ut si ab ipsius oratoris sententia aberrare nolumus, nunquam profundius in ipsa verba penetrare possimus.

Quae pulchrior definitio Amoris, tribus ut aiunt verbis, dari potest quam haec Aristophanis: Amor Deorum est φιλανθρωπότατος, ἐπικουρός τε ὃν τῶν ἀνθράπων ναὶ ιατρὸς τούτων, ὃν λαθέντων μεγίστη εὐδαιμονία ἢν τῷ ἀνθρωπειῷ γένει εἴη¹⁾? Missa fac omnia quae colori comicò tribuere possis, et in his verbis legis Amor erga Deum, humanitas, Amor pulchri bonique, Amor disciplinarum, philosophiae si vis, quis sit.

Unam addamus observationem. Id quod poeta recensioris temporis dicit effectum esse Amoris:

Zwei Seelen und ein Gedanke

Zwei Herzen und ein Schlag,

quos versus multi, in primis adolescentes, laudant, saepissimeque repetunt, vide quam venustissime, quam plastice a nostro exponitur. — Quis poeta hanc descriptionem Platoni non inviderer?

1) Symp. 198. D.

In nostro Platonicae artis praestantissimo opere alia oratio non continuo aliam suscepit. Singulis orationibus absolutis, quas strophos appellare liceat, intercedit interludium, quod mentem relaxet et eodem mode te afficiat, quo voces, quas summus lyricus, carminis parte finita, manu perita e chordis elicit.

Aristophanes parte sua peracta precatur Eryximachum, ne orationem in ridiculum vertat, ut audire possit quae Agatho et Socrates, qui soli relictii sunt, dicturi essent. Eryximachus nondum oblitus disputationis, quae sibi cum Comico fuerat, dicit se oratione quam maxime gaudere, immo se metuere, nisi sciret Socratem et Agathonem peritissimos esse rerum ad Amorem pertinentium, ne iis verba deficerent. Nunc vero bono est animo. — De famo ad flammanam venire videtur medicus, quum Socrates his verbis, licet ei sint honorifica, opponere instituit. „Tu Eryximache, sane partem tuam bene peregisti. Sin vero in eo esses loco, quo nunc sum, aut fortasse potius in quem mox sum venturus, Agatho quam verba fecerit, in non parva esses inopia, immo in summo versareris timore.” Procella autem, quae Eryximacho minatur, avertitur ab Agathone, qui sentit se quoque a philosopho pungi. „Fascinare, inquit, me vis, o Socrates, ut perturber, existimans convivas meos magnam habere exspectationem de iis quae dicturus sim.” — „Plane oblivious essem, Agatho, si existimarem te turbatum iri coram paucis convivis, quum ipse testis fuerim fortis tui et excelsi animi illo die, quo in scenam cum histrionibus ascendisti, et drama tuum exhibitus nullo modo turbatus spectatorum tantam multitudinem adspexisti.” — „Num ita me scena inflatum putas, ut ignorem viro mente sana praedito,

paucos prudentes, multis imprudentibus magis esse metuendos." — „Plane aberrarem si quid inelegans, mi Agatho, de te existimem; nam probe scio te, si obviam fieres viris, quos sapientes iudices, eorum iudicium pluris facturum esse, quam multitudinis. Nos vero quot hic sumus, e multitudine (e plebe) sumus, et omnes illie adfuimus. Sin autem cum aliis viris prudentibus esses, sane te eorum puderet, si fortasse existimares te quid mali facere. Nonne ita? — Ita est. — Multitudinis vero te non puderet, si quid mali facere crederes? — Socrate ita mori suo, quaestionum faciendarum, indulgente, timor invadit Phaedrum, sermonum patrem, ne alia re proposita, Socrates semper confabulationis amantissimus, sermonem prorsus ab Amore ad plebem, ad bubulcos nempe et calceorum fabros evertat, et munere sermonum patris fungens eos aliquando perorare cogit. Agatho hanc admonitionem nullo modo graviter ferens, Recte dicens, inquit, o Phaedre — et nihil me prohibet quominus orationem meam absolvam. Soerati vero iam postea saepius opportunitas erit confabulandi.

AGATHONIS ORATIO.

Agatho, in cuius domo Symposium nostrum actum esse singitur, iam hanc ob causam dignus videtur in cuius vitam meritaque inspiciamus. Incommode autem accidit, ut pauca tantum nobis de eo nota sint, quae igitur nobis eo diligentius sunt colligenda.

Agatho, filius Tisameni, Atheniensis¹⁾ saepe memoratur ab antiquis, in primis ab Aristotele et Aristophane. Aequalis fuit Aristophanis et amasium tum Pausaniae nostri, quum Euripidis, qui Aeliano teste, dicebatur drama Chrysippum in eius gratiam elaborasse. A Platone Prot. 315 E describitur, καλός τε κάγαθός τὸν Φύσιν, τὸν δίδειν πάντα καλός, et magnopere cum hisce verbis congruit descriptio ab Aristophane, Thesm. 191 data. Ibi enim Euripides dicit Agathoni,

σὺ δέ εὔπρόσωπος, λευκός, ἐξυρημένος
γυναικόφωνος, ἀπαλός, εὐπρεπῆς ἰδεῖν.

et paullo ante vs 159 Agatho ipse dicit: „Praeterea est illepidum poetam videre, qui agrestis sit et hirsutus et dein, vs. 165, de Phrynicho ait Agatho:” Et ipse pulcher erat et pulchris induebatur vestibus, idecirco et pulchra erant eius dramata. Necessa enim ut quislibet paria naturae suae faciat. Etiam apud Plutarchum Symp III. 1 et apud Athen. Deipnos. V. ὁ καλός Ἀγάθων appellatur. Quid mirum si Athenis ubi pulchritudo corporis tanti erat momenti summam curam capillis, vestibus etc. tribueret. Ipsa autem hac cura eum ansam dedisse acerbis Aristophanis facetiis, quis est qui miraretur?

Poeta fuit tragicus et sane non mediocris quippe qui in Tragoediarum certamine victor renunciatus sit.²⁾ Omnes

1) Schol. ad Arist. Ran. 83. ed. Didot.

2) Ael. Var. Hist. II. 20.

3) Cf. etiam Wielandi Introd. Historicam in Histor. Agathonis, ubi legitur pag. 9. „Er that sich unter den dramatischen Dichtern der besten Zeit hervor und es gereicht ihm zur Ehre, dass ein Kunstrichter, wie Aristoteles, ihn seines Lobes sowohl als scines Tadels gewürdiggt hat. Der

eius tragoediae nobis perierunt; pauci tantum versus ab Aristotele et Athenaeo nobis servati sunt, ex quibus descriptsimus: Aristotel. De Moribus Lib VI, Cap. II.

Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται,

Ἄγενητα ποιεῖν ἀστ’ ἀνὴρ πεπραγμένος.

ibidem Cap. IV.

Τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τέχνην.

et, Athenaei. Deipnos. lib. V.

Εἰ μέν Φράσω τάληθες, οὐχὶ σὲν Φρανῶ.

Εἰ δὲν Φρανῶ τι σ’, οὐχὶ τάληθες Φράσω.

Ex his satis probantur ea, quae nobis dieuntur de Agathonis amore antithetorum, de quo usu vel potius abusu legimus apud Aelianum: „Multis saepe utitur antithesis Agatho. Quum vero quidam, velut ipsum emendaturus, ea ex eius fabulis tollere vellet: ‘Αλλὰ σὺ γε, inquit γενναῖς, λέληθας σεκυτὸν τὸν Ἀγάθωνα ἐκ τοῦ Ἀγάθωνος ἀφανίζων. Οὕτως addit Aelianus ἐκδρα ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνος καὶ φέτο τὴν αὐτοῦ τραγῳδίαν ταῦτ’ εἶναι. — Et hunc amorem antithetorum in vita quoque ipsa coluit. Legimus enim apud Aelianum eundem: ¹⁾ „Quum simul cum Pausania in aula Archelai, regis Macedoniae esset, et crebro cum amatore altercaretur, Archelaus cum rogavit: Quid vellet quod ita frequenter iurgaretur cum eo a

Vorwurf selbst, der ihm wegen seiner zu grossen Neigung zu Gegensätzen gemacht wurde, beweisst seinen Ueberfluss an Witz; einen schönen Fehler, der ihn bei der guten Sinnesart, die man ihm beilegt, nur zu einem desto liebenswürdigeren Gesellschafter machen musste. Dies ist es auch was Aristophanes, welcher selten röhmt und auch dieses Agathons nicht geschont hat, gleichwohl an ihm lobet, wobei einer seiner Scholiasten (vermutlich um dieses Lob desto begreiflicher zu machen) anmerkt, dass der Dichter Agathon einen guten Tisch geführt habe.

1) Var. Hist. II. 20.

quo omnium maxime amaretur. At ille : „Ego tibi, inquit, o rex, exponam; neque enim morosior sum in illum, neque rusticitate quadam id facio, sed si quid et ego de moribus intelligo, tum aliunde tum ex arte poetica, iucundissimum amantibus esse reperio, si ex iurgio cum amasiis in gratiam redeant. Et ita mihi persuasi, nihil illis adeo delectabile accidere. Huius ergo voluptatis persaepe eum participem facio frequenter cum eo contendens.” Si in quodam, in Agathone profecto verba cum factis concidunt!

Quod vero, ut ad antitheta perveniret, saepe „des tours de force,” ut aiunt, usus sit, satis liquet; et inde verisimile orta est haec descriptio comici: ¹⁾

κάμπτει δὲ νέας ἀψίδας ἐπῶν.
τὰ δὲ τορνεύει, τὰ δὲ κολλομελεῖ,
καὶ γυναικοπεῖ πάντονομάζει
καὶ κηροχυτεῖ καὶ γυγγύλλει
καὶ χοκνεύει.

Curvat vero novas testudines versuum, et alias quidem rotundat, aliorum conglutinat membra, gnomas effingit, nomina commutat rebus. In modum cerae versus liquat et rotundat et in formas fundit.

De vita Agathonis pauca scimus. Aliquamdiu in Macedonia vixit, et fortasse ibi eo tempore erat quo Aristophanes Ranas scripsit. — Nam ad ea quae ibi vs. 83 et 84 legimus: Ἀγάθων ἀγαθὸς ποιητὴς καὶ ποθειός τοῖς Φίλοις (i. e. τοῖς σοφοῖς Schol.) . . ἐσ μακάρων εὐαχήλων, adnotat Scholiastes: Ἡ ὅδε περὶ τετελευτηκότος λέγει, ὡς ανεὶ εἶπε τὰς μακάρων μῆσους, Ἡ δὲ Ἀρχελάφ τῷ βασιλεῖ

1) Aristoph. Thesm. 54.

μέχρι τῆς τελευτῆς μετὰ ἄλλων πολλῶν συνῆν ἐν Μακεδονίᾳ,
καὶ μακάρων εὐαγχίαν ἔφη τὴν ἐν τοῖς βασιλείοις διατριβήν.
Et ex Conv. p. 172. C. οὐκ οἶσθ' ὅτι πολλῶν ἐτῶν Ἀγάθων
ἐνθάδε τῷ ἐπιδεδύμῳν apparebat eum illo tempore,
quo Apollodorus Symposion narravisse fingitur, non
Athenis fuisse.

Haec fere omnia sunt, quae nobis nota sunt de Agathone, qui amicis hunc diem festum paraverat, et qui nunc orationem est habiturus. Iam in initio sermonis antitheta nobis obiicit.

Dicere intendit prius de modo quo sibi dicendum sit, dein ipsam orationem proferre. — Qui iam dixerunt, Agathoni visi sunt non Deum laudavisse sed homines beatos dixisse propter bona, quorum largitor est Deus. Qualis autem sit ille, qui ea dederit, nemo dixit. Ac sane uno tantum modo bene laudare possumus, si nempe exponimus qualis sit ille, de quo loquimur, et quorum bonorum sit auctor. Ita et prius Amorem aequum est laudari, dein cius dona.

Est autem Amor omnium deorum beatorum beatissimus, quippe qui pulcherrimus sit et optimus.

Est pulcherrimus; *a.* quia est minimus natu: semper est iuvenis, est cum iuvenibus; nondum exstitit eo tempore quo, Fato regnante, ἐκτομᾶ: et δεσμοὶ facta sunt, quippe qui amicitiae et poeseos sit auctor. Fugit senectutem, neque eam quidem ex longinquitate appropinquat. *b.* Quia est tener, ἀπαλός, et ad eius mollitiem describendam poeta opus est. Homerus τὴν Ἀτην̄ describit θεὸν ἀπαλὸν et pedibus ἀπαλοῖς, quippe qui non in solo se moveat, sed per hominum capita incedat. Amori vero etiam capita duriora sunt, ingreditur in omnium mollissimo ibique ha-

bitat, in mente et moribus, non autem eniuncunque, sed tenerorum hominum et deorum tantum. *a.* Quia est flexibilis et spectabilis (*δύσπος τὸ εἶδος* et *εὐσχήμων*). Clam mentes invadit easque relinquit. Cum deformitate ei semper est bellum, et nusquam nisi in locis floribus abundantibus fragrantibusque degit.

Est optimus. Multae eius sunt virtutes. *a.* Est iustus. Neque iniurias infert neque patitur. Quisque enim Amori in omnibus rebus sua sponte obsequitur. *b.* Est moderatus, *σώφρων*. Imperat enim voluptatibus et cupiditatibusque, quia iis est fortior, nam ipse fortissima est voluptatum. *c.* Est fortis. Martem ipsum qui fortissimus est inter Deos cepit Veneris retibus, atque ipse nunquam a Marte captus est. *d.* Est sapiens. Ipse poeta est, et alios poetas efficit. Nullus est qui, ctsi antea musis alienus fuerit, non fiat poeta, Amore accepto. Qui autem alios poetas facere potest, necesse est ut multo magis sit poeta. Eius sapientia factum est ut omnia, quae vivunt, nata sint. Apollini, Vulcano, Minervae et ipsi Iovi magister fuit variarum artium disciplinarumque.

Amoris Dona. Omnia quae pulchra ac bona sunt ex eo manaverunt. Fatis imperantibus multa inter Deos dira horrendaque fuerunt; Amore autem nato, ex amore pulchri omnia bona et diis et hominibus exstiterunt. Nobis est auctor pacis, quietis, humanitatis, probitatis, benevolentiae, benignitatis, morum facilium ac placidorum vel. Nobis est adiutor et optimus salutis auctor; omnium Deorum hominumque est decus; est dux pulcherrimus optimusque, qui cuique homini est sequendus pulchre celebranti, et concinenti eo carmine, quod canit omnium Deorum et hominum mentem demulcens.

Hanc laudem, tam vera, quam iocosa continentem, pro virili parte Agatho fecit, et Deo tanquam donarium apposuit.

Haec oratio ab omnibus magnis clamoribus excipitur, quum iuvenis et Deo et semet ipso digna verba fecisset, et a Socrate¹⁾ οὐχὶς οὐκὶ παντοδαπός laudatur. Quidni? Agatho enim, quum ordo eum vocavisset, promiserat, se quid accurati exquisitive esse daturum, et sane in orationis dispositione perspicuitas non desideratur. Tam pulchritudinem quam virtutem Amoris membratim persequuntus est, et in fine orationis verbis,²⁾ ἵλεως ἀγαθοῖς, θεατὸς σεφοῖς, ἀγαστὸς θεοῖς· ζηλωτὸς ἀμοιροῖς, κτητὸς εὐμοιροῖς· τρυφῆς, ἀβρότητος, χλιδῆς, χαρίτων, ἴμέρου, πόθου πατήρ· ἐπιμελῆς ἀγαθῶν, ἀμελῆς οὐκῶν· ἐν πόνῳ, ἐν φόβῳ, ἐν πόθῳ, ἐν λόγῳ κυβερνήτης, ἐπιβάτης, παραστάτης τε οὐαὶ σωτῆρ ἄριστος, ἔνυπάντων τε θεῶν οὐαὶ ἀνθρώπων κόσμος, οὐγεμῶν οὐλλιστος οὐαὶ ἄριστος, ad tantum impetum, ardorem, calorem pervenit, ut verba verba proturbent et confusio nascatur, quae non illepede a Socrate comparatur cum Gorgonis (licet ipse Socrates utatur verbo Gorgiae) capite, quod paullum abesset, quin ipsum mutum reddidisset.

Talis oratio convenit cum iuveni, qui adhuc plenus victoriae, quam nuper reportaverat, et idcirco nimis suis confidens viribus, de re praeclara dicere instituit. Non fieri potuit, quin meminerit, illas tragœdiae partes in primis applausas esse, quae sibi ne minimum quidem laboris dederunt, quae ἐνθουσιασμοῦ impetui cedens, scrip-

1) 198 B.

2) 197 D et E.

sit, et torrentem rerum quae ei in animo volvebantur, vel potius verborum quae eius linguae sese offerebant, cohibere ne quidem conatus est. Inde nascebatur confusio sententiarum et verborum, ita ut vox quaedam tum hanc tum aliam rem designaret,¹⁾ et tota dictio fiat turgida et luxuriosa, sed inanis et pauper. Plena est oratio vocum altisonarum, oppositionum, omniumque eiusmodi festivitatum, quae ex Gorgiae disciplina desumtae videntur, et quae nobis quam splendidissime probant, Platonem mirabiliter ad veritatem expressisse iuvenis ingenium et dicendi genus²⁾, quae supra adumbrare co[n]nati sumus.

Difficillimum non esset complures conferre locos e poetis excerptos, ubi Amor eiusque sedes describuntur, quibuscum comparare possimus ea quae Agatho de Amore, eius cupiditate, sede etc. dixit, ut inde probaremus eum revera poetice egisse in expositione; sed si poetas eroticos legas, in singulis ferme paginis invenies, quae cum verbis Agathonis congruant³⁾.

Restat ut de Amore Agathoneo dicamus. Quod tamen omittemus, quia mox, quum Socrates suum de Agathonea Amoris expositione iudicium proferet, melior, sanc aptior nobis dabitur opportunitas.

1) Cf. Wolf. Anmerk. 5. pag. 70.

2) Groen van Prinsterer. Prosop. Plat. pag. 167.

3) Confer inpr. Theocritum XI. 30 et passim. Ovidii Metam. V. 385.

V. SOCRATIS ORATIO.

Socrates, qui iam ante dixerat se graviter ferre quod post Agathonem sibi verba essent facienda, nunc dicit se prorsus nescire, quid sibi sit faciendum, et nisi pudor eum retinuisse, se iam ante evasisse. Semper crediderat se peritum esse rerum Amoris, itaque se aptum quoque esse ad eas bene exponendas; nunc vero sensit se nihil scire de modo, quo quis laudandus sit. Opinatus nempe semper erat, verum esse dicendum de eo, qui laudaretur; nunc autem viderat, non ita esse agendum, sed quam plurima de laudando et quam maxima bona esse enumeranda, et vera haec sint necne nihil interesse. Ita, dicit, sentio me non recte intellexisse, quum crederem inter nos convenisse, ut quisque Deum revera laudaret, quia iam perspectum habeo ex iis, quae a vobis audivi, vos non talem scopum habuissse, sed id conatos esse ut δοξείτε τὸν Ἐρωτα εὐκαιριότερον. Hanc sane ob causam omnia bona in Amorem congettistis, et dixistis eum talem et tot rerum auctorem esse, ut pulcherrimus optimusque videretur iis scilicet qui eum non noverint; qui enim noverunt non hac ratione decipiendi sunt.

Nihil de venustate laudum prolatarum admere vult, sed profitetur se non eodem modo, quo superiores agere posse, atque ita sibi non fidem esse praestandam iis, quae promisisset, immo potius in se applicandam esse Euripidis sententiam:¹⁾ Η γλῶσσ' ὀμώμοχ', ή δὲ Φρήν ἀνώμοτος. — Et ita missum facit (χαιρέτω δή) laudem suam.

1) Hippol. 612.

Non vero prorsus recusat suam de Amore opinionem proferre, sed suo more et ad veritatem. Se vertit igitur ad sermonis patrem Phaedrum, eumque rogat ut videat, si talis quoque oratio ei usui esse possit, in qua verum de Amore esset dicturn et his praeterea verbis, quae sua sponte, non excogitata neque rhetorice ornata se offerrent.

Licentia accepta, ut de Amore quomodo sibi videatur agat, veniam precatur, nonnulla ex Agathone quaerere, ut cum illo consentiens dein verba faceret; et hac quoque venia impetrata: Recte profecto, inquit, Agatho, mihi visus es dicere coepisse, quum primum Amoris naturam dein eius opera tibi explicanda esse dixisti. Hujusmodi initium magnopere mihi placet. Et his dictis, Socrates mori suo indulgens colloquium cum Agathone init, semper quaestiones ponens quibus alter respondet, quod colloquium in id exit, ut Agatho confiteatur Amorem neque esse pulchrum neque bonum, sed horum utriusque indigentem. Cogit enim philosophus tragicum confiteri Amorem esse alicuius rei, quam concupiscat, et quam ideo non habeat. Res autem quam Amor appetit nihil est nisi pulchrum; ideo pulchrum non habet Amor, non est pulcher, quippe non fieri possit ut ea appetamus, quae habeamus. Quum autem bonum quoque sit pulchrum, et Amor pulchro careat, necessario inde sequitur eum et bono carero. Agatho aegre ad hanc procedit confessionem, ut satis liquet ex his verbis: Ἐγὼ δὲ Σωκράτες, τοὶ δὲ ἐν δυναίμην ἀντιλέγειν, ἀλλ' οὔτως ἔχετω, ὅς σὺ λέγεις.¹⁾ Et Socrates ut pilulam

1) 201. C.

auro illinat (*pour dorer la pillule*): Οὐ μὲν οὖν τῇ ἀλήθειᾳ, ὡς Φιλοσόφους Ἀγάθων, δύνασαι ἀντιλέγειν· ἐπεὶ Σωκράτει γε οὐδὲν χαλεπόν, et addit se quoque olim idem, quod Agatho, de Amore sensisse, et eodem modo, quo ille nunc ab ipso, ipsum a Diotime, muliere sapiente, esse reprehensum, quae simul ipsum meliora edocuit, quae nunc sermonem suum cum Diotime referens, convivis exponere vult, eo ordine servato, quem et Agatho sectatus est: ut primum dicat, quis et qualis sit Amor, dein eius opera enumeret.

Sed antequam breviter hanc Diotimae doctrinam exponimus, pauca nobis de ipsa Diotime dicenda sunt, et de rebus quae Platonem permoverint ut feminam auctorem huius doctrinae exhibuerit.

DIOTIME.

Primo adspicere sane res videtur mirabilis Socratem doctrinam suam de Amore accepisse a femina quadam. Quid spectavit philosophus in hoc dicendo? Utrum a femina quadam revera Amorem coelestem doctus esset, an fortasse est mera fictio? Sed quare tunc non potius a viro claro, a sacerdote v. c. hanc doctrinam se accepisse affirmaret; cur feminam magistrum adhiberet? Num forte Musis, quae poetas inspirant et Amorem vulgarem docere existimabantur, quippe quae feminae essent, feminam opponere vellet, quae eodem inspirationis munere fungeretur, in re multo clariore quam in poetica arte et Amore vulgari, in philosophia nempe? Nam ars amatoria

sive pulchri studium apud Platonem nihil est aliud quam principium philosophiae.

Sed antequam coniecturam hac de re faciamus, videamus quae Plato de Diotime scripsit, quae viri docti de ea senserunt.

Plato dicit: ¹⁾ τὸν δὲ λόγον τὸν περὶ τοῦ Ἐρωτος, ὃν ποτὲ ἤκουσα γυναικὸς Μαντινῆς Διοτίμης, ἢ ταῦτά τε σοφὴν ἦν καὶ ἄλλα πολλά, καὶ Ἀθηναῖοις ποτὲ θυσαρένοις πρὸ τοῦ λοιμοῦ δέκα ἔτη ἀναβολὴν ἐποίησε τῆς νόσου, ἢ δὴ καὶ ἐμὲ τὰ ἐρωτικὰ ἐδίδαξεν. Orationem de Amore, quam olim audivi a femina Mantinensi, Diotime, quae harum aliarumque rerum perita fuit, et Atheniensibus olim sacrificantibus ante pestem decem annorum morbi delationem effecit, quaeque et me artem amatoriam docuit.

GROEN VAN PRINSTERER ²⁾ scripsit: „Socrates eam inducit, ut servata tenuitatis et inscitiae simulatione, non sua traderet, ut magister, praecepta; sed, ut unus de multis, audit loqueretur. Quamquam ex mentione Diotimae, cui grandis quaedam de Amore adscribitur et plane ἐνθουσιαζούσης oratio, probabiliter effici possit, mulierem ipsam prudentia nobilem et vaticinio fuisse. . . . Socrates Platonicus, ut ipse Plato, non fictas induxit personas, sed mythis historiave cognitas; cum sic iis, quae dicebantur, maior videretur accedere gratia veritatis.”

ASTIUS ³⁾ de oratione et de persona Diotimae sentit: „Um so reiner von Ironie und Persiflage, folglich um so ernster und würdiger konnte Platon den Sokrates

1) Symp. 201 D.

2) Prosopogr. pag. 125.

3) Platon's Leb. u. Schr. pag. 312.

seine Ansichten von der Liebe vortragen lassen, da er die Rolle des Satyrs einer anderen Person übertragen hatte (dem Aristophanes) Auch tritt Sokrates hier ganz so, wie in den früheren Gesprächen des Platon, auf, nehmlich als der Ironiker, der nicht wie im Philobos, fremde (pythagoreische) Weisheit so vorträgt, als wäre sie sein Eigenthum, sondern umgekehrt sein eigenes Wissen versteckt und es für empfangene Lehren der weisen und prophetischen Diotima ausgiebt. Et in annotatione addit: „Dass dieses blosse Erdichtung ist, verstände sich wohl von sclbst, auch wenn die Diotima eine wirkliche und bekannte Person gewesen sein sollte; nur die spätern Schriftsteller führen sie nach dem Platon an Ohne Zweifel hat Platon absichtlich die Diotima zur Lehrerin des Sokrates in der Liebe gemacht, um die gemeinen Erotiker, die als Hellenen Päderasten waren zu persifiren: die Männer, die sich so weise dünken und ihr Geschlecht auch in der Liebe für das edlere halten (s. die Reden des Pausanias u. d. a.) müssen hier von einem Weibe lernen, was *metaphysische* Liebe ist.“

FORTLAGIUS¹⁾ contendit: „Eine weise Frau Namens Diotima erzählt er, (Soer.) gab ihm Unterricht in der Liebe, und füg damit an, dass sie ihm dieselbe falsche Meinung über die Schönheit des Eros benahm, welche Sokrates so ebem dem Agathon benommen hatte. Durch diese Wendung zieht Sokrates jeden kleinen Stachel, welcher sich etwa hätte in Agathons Seele festsetzen können, heraus. . . . Er macht alle Beschämung wieder gut

1) I. l. pag. 177.

und sagt: Indem ich dem Agathon einen Widerspruch gegen sich selbst abdrehete, spielte ich mit ihm nur eine Comödie zum zweitenmal, welche einst jene Diotima mit mir spielte. Ich schwieg, fügt er hinzu, damals aber nicht so bescheiden, wie nun Agathon, sondern ich erwiederte etc."

MUNKIUS¹⁾ hoc modo de Diotimae expositione judicat: „Wenn nun hier die Rede des Sokrates von seiner gewöhnlichen Art abweicht, indem sie der Beispiele von Schustern, Gerbern, entbehort und einen höhern Ton anstimmt, so ist das kein Widerspruch; denn er theilt ja nur die Worte der Seherin Diotima mit, welcher der erhabenere Ton wohl anstand. Aber der Leser merkt wohl, dass hier die angebliche Unterredung mit der Diotima das umhüllende Bocksfell des schalkhaften Satyrs ist, dass Sokrates sich dieser Einkleidung nur bedient um sich nicht selber zu widersprechen, da er so oft behauptet hat, er verstände es nicht, lange und schöne Reden auszuspinnen. Ganz ähnlich erklärt Sokrates im Phaedros seine Rede als eine Wirkung der Begeisterung, die ihn an dem der Nymphen heiligen Orte ergriffen.“

Apud WOLFIIUM²⁾ legimus: „Nun sollten wir noch etwas von der weisen Diotima sagen, die hier im Symposium eben das ist, was die berühmte Aspasia im Menexenus. Denn wie Sokrates sich dort stellt, als sei er ein Schüler der Freundin des Perikles gewesen, welche ihn auch die Leichenrede auf die in den Schlachten

1) l. l. pag. 205.

2) In proleg. ad Symp. pag. 38.

fürs Vaterland gefallenen Bürger, die er dem Menexenus hält, gelehrt habe; so versichert er hier, dass er alle seine Einsichten in die Natur der Liebe dem Unterricht der Diotima verdanke. Allein so anschnlich auch diese Person nach dem, was Sokrates von ihr sagt, im Alterthum gewesen sein müsste, so findet man sie doch, so weit mir wenigstens bekannt ist, nur bei spätern Schriftstellern erwähnt, deren Zeugniß von so viel geringerem Gewicht sein muss, da sie sie allem Vermuthen nach erst aus dem Platon kennen gelernt hatten. — Sokrates schildert uns diese Diotima als eine mit der Gottheit in näherm Umgange stehende Frau, als eine Prophetin, die sogar vermögend gewesen, einen zehnjährigen Aufschub der Seuche, die nachher in den ersten Jahren des Peloponnesischen Kriegs ausbrach von den Göttern durch Opfer und Gebete zu erflehen. Hierauf gründet sich Sydenhams Meinung, dass Platon durch die Einführung einer Person von so ehrwürdigem Charakter seinen Lesern zu verstehen geben wolle, die Rede des Sokrates zeichne sich durch eine mehr als menschliche Wahrheit vor den übrigen aus, und enthalte die erhabensten und glaubwürdigsten Spekulationen von göttlichen Dingen. Denn wenn Sokrates die Diotima oder Aspasia für seine Lehrerin ausgibt, so wird man das doch nicht mit manchen Neuern im Ernst *so ganz eigentlich* nehmen wollen? Es mögen hier gewisse Umstände zum Grunde liegen, die man ohne Zweifel zu Platons Zeiten besser wusste als jetzt. Xenophon (Mem. Socr. II: 6, 36.) führt auf den Gedanken, dass Sokrates selbst schon zu solchen Vermuthungen Anlass gegeben habe. Der bescheidne Mann brauchte vielleicht

diese Wendung um in den Unterredungen mit seinen Freunden alles lehrerische Ansehen desto mehr von sich zu entfernen."

HEUSDIUS scripsit: 1) „Fuit haec, una earum, quae ut Pythia, ut Dodonae sacerdotes, ut Sibyllae, divino furore magna contulerunt in Graeciam beneficia. Unde intellegitur, quare tantum ei Socrates et Plato tribuerint, Socrates adeo se ejus discipulum professus sit. Sed ut τελεστική, ita mulieres illam exercentes, Baccho erant sacrae, versabantur in mysteriis, quae reconditam continebant doctrinam, principia continebant, ut Cicero ait, vivendi rationis non solum cum laetitia, sed etiam cum spe meliore moriendi. Quibus animadversis, haud mirabimur, tam praedclare in hoc sermone Diotimam de animorum immortalitate disserere." Et in annotatione addit: „Quodsi quis quaerat, num reapse ita cum Socrate collocuta sit Diotime, ipse sermo dubitare nos jubet, quippe magnam partem plane Platonicus. Nec tamen totum existimamus fictum. Nam si quid video, sensus amoris, sensus item religionis, ut hic sunt expressi, ab una proficisci sacra eiusmodi muliere potuerunt."

Addamus ea, quae apud Stallbaumum invenimus: 2)
 „Proclus eam adnumerat Pythagorcis; Scholiastes Aristidis eam narrat fuisse sacerdotem Jovis Lyaei in Arcadia culti. — Crcuzerus has narrationes conciliare inter se studuit, et opinatus est eam et sacerdotem et Pythagoream fuisse. Cur Plato hanc mulierem hic loquentem induxit, non difficile est ad coniiciendum.

1) Init. phil. Plat. I. 186 sq.

2) In annotatione ad Symp. 201 D.

Nam etsi non accedisse credimus, quod Creuzerus suspicatur, ut Socrates olim cum ea revera sit conversatus et sublimiores quasdam de amore sententias ab ea accepterit, tamen eam ad ipsam rem accommodatissime nunc disserentem induci nobis plane persuasimus. Primum enim quum iam de coelestiore amore instituatur disputatio, qui ultra vulgarem istam cupiditatem longissime evenitur, quid potuit fingi aptius, quam quod Socrates sese simulat totam rem acceptam referre sacerdoti alicui sanctiori, quae quemadmodum olim Athenas lustrationibus peste liberaverit, ita etiam animum ipsius ab humilis cupiditatis cogitatione ad sublimis illius atque coelestis amoris notitiam traduxcrit coque modo veluti expiaverit? Deinde prudentissime Socrates ea tribuit Diotimae, mulieri vaticinae et fama sanctitatis apud Athenienses nobili, quac ad interiorem quandam hominum cum diis atque rebus divinis coniunctionem pertinent, de quibus omnibus ita loquens inducitur, ut sacerdotem aliquam cum divino furore nobis de amore oracula fundentem audire videamur."

Tot virorum doctorum sententiis praemissis, eclectice agemus, et ex alia aliam partem accipiemus, ut inde nostram componamus sententiam.

Non ignoramus, feminas apud Graecos non in magno fuisse honore; leges, si non iniquae, tamen severissimae in eas latae erant. Et sane si attendimus leges, quas Solon scripsit ad feminarum licentiam coercendam, quaeque posterioribus temporibus non satis apparuerunt efficaces, non est quod de feminarum Atheniensium more in bonam partem iudicemus. Mirandum vero videtur, Athenienses, qui Sapientiae non Deum sed Deam, Pal-

lada, praeposuerunt, feminis omnem animi culturam de-negasse. Ita factum est ut, sacerdotibus feminis ex-cep-tis, nulla femina Atheniensis historicis temporibus innotuerit: quae clarae exstiterunt, fuerunt hetaerae et peregrinae, de quarum licentia, ut opinamur, recentiori-bus aevis, plura dicta sunt quam probata. Plato, ut ex Republica efficimus, mulieres adiuvare voluit iisque locum assignare in civitate juxta maritos: ac non mirum; Socrates enim non pauca profecerat ex familiaritate Aspasiae, quam toties visitabat, ut accusatus sit eam deperdite amasse. De gloria, quam haec mulier sibi comparavit, de rumoribus qui de illa vagabantur, tacebimus; e conversa mente Lysiclis, cui, auctore Hesychio, Pericle mortuo nupsit, satis appareat eam valuisse ad homines inflam-mandos ut summas res gererent.¹⁾ Apud Xenophon-tem invenimus locum²⁾), unde patet cum interdum etiam de amore locutam esse; et Socrates, quem fugere non potuit, feminam excultam, immo doctam, multis in rebus diiudicandis longe antecellere viris, more suo, quo ex-celluit, non neglexerit, quum de poesi, philosophia, aliave re ageretur, sermonem declinare ad aliam rem, ad amorem quem tanti fecit. Et non fieri potest quin Aspasia, quam nullis certis testimoniiis impudicitiae accusare possumus, nonnullas de amore notiones Socrati obtulerit, quae longe distarent a vulgaribus. Nam et ipsa non corporis modo venustate sed in primis insignibus ingenii dotibus valuit, quibus Periclem ipsam amantem reddere potuerat, et non

1) Ex oratione quac in Menexeno nomine Aspasiae traditur, nihil con-cludere possumus, quia adhuc dubitatur utrum sit fictio Platonis an feminae ipsius opus.

2) Memor. II : 6. 36.

eum solum retinuit, sed etiam tot praestantes viros, quot eo tempore Athenis florebant, sibi amicos effecit.¹⁾

Haec quum perpendimus, simulque tenemus Diotimae nomen apud nullos scriptores, de quorum auctoritate constat, inveniri, ad coniecturam adducinur: Platonem nomine Diotimae tradidisse ea quae Socrates ab Aspasia accepisset, quaeque postea ab eo nec non a discipulo longius essent exulta. Causas, ob quas Aspasiae nomine hic non sit usus, non difficiles sunt inventu. 1°. Ut orationi suae maius addat ponderis, non hetaerae sed sacerdotis potius nomen profert. 2°. Licet Aspasia primam dederit ansam huic amoris notioni, multum abest quod tam sublimem de eo doctrinam ipsa exposuerit. 3°. Plato, si Aspasiam ipsam nomine induxisset, etsi meliorem, nihilominus falsam de ea movisset opinionem, quod facere noluit; nam si omnia Platonis scripta exploramus, nullum praeter Socratem inveniemus, quem philosophus noster meliorem ac cultiorem quam fuerit depinxerit.

Nihil nostra interest, num Diotime illa Mantinensis revera hoc effecerit quod Plato de ea narrat, nempe delationem pestis. Ut nostrum tamen fert iudicium, Plato non hoc narrasset, si non factum esset.

Iam partim exposuimus causam, ob quam Platonem opinamur dixisse se doctrinam de Amore coelesti accipisse a muliere. Sed alia sumus addituri. Est affectus quidem in hominis natura quo nullum puriorem, Amore

1) Accusationem impietatis et feminarum ingenuarum corruptionis a poeta-comico Hermippo, qui Pericli quam maxime infestus erat, conflamat, facile explicare possemus, si modo plura nobis de hoc comicò essent nota.

erga Deum excepto, habere possimus. De affectu erga uxorem, quia apud gentes multas, incultas illas quidem, fere non invenitur, loqui non audemus; sed quem nunc spectamus, Amor est erga matrem, pietas in eam, quae primis vitae annis nos summis affectit curis, cui tot et tanta debemus, cuique nullam aequam referre possumus gratiam. Etiamsi reipublicae cuiusdam legibus matres non maximi aestimentur, affectus ille nihilominus exstat. Matrem amamus, non propter res bonas, quas ab ea adhuc sumus accepturi, sed quia meminimus beneficiorum quibus nos cumulavit. Atque invicem Amor matris aeqne est purus; nullam ob rem amat nisi quod mater sit, et etiam magis amat liberos quam ab illis amat. Si quis igitur de Amore puro exponere veri quid possit, est mulier, inprimisque mater. Qui autem matrem colit, non male judicare potest de ulla femina, potius omnes in honore habebit, illud tenens quod e recentioribus unus summa suavitate dixit: Mater mea quoque est femina. — Quid autem valeat Amor matris, quidque efficere possit, videre possumus ex exemplo Monicae, S. Augustini matris, quac filio aberranti exstitit magistra Amoris.¹⁾

Socrates methodum suam *μανεύτικην* accepisse contendit a matre, uxorem suam Xantippen colendam esse a filio gravissimis probat argumentis,²⁾ et his verbis ostendit se aliter censere de feminis ac aequales. Non igitur repugnat personae Socratis, immo vero necessaria est consequentia modi, quo nobis describitur, eum funda-

1) Cf. Augustin. Confess.

2) Xenoph. Mem. II. 2.

mentum quoque philosophiae accepisse a femina, Amorisque magistram habuisse non virum sed mulierem, quippe quae puriorem Amoris speciem colat.

Omnis qui ante eum Amorem laudaverant, de paedasteria erant locuti, Socrates quem feminam auctorem orationis quam habiturus est, facit, statim indicat se de alio amore esse acturum. A femina enim non exspectandum erat, eam laudibus esse elaturam amorem puerorum, qui ei non turpe tantum, sed ingratum quoque videri debuerit.

Haec satis sint ad introductionem in Diotimae Amoris expositionem, quae nunc nobis narranda est; qua expositione et Socrates suas partes egit et suo more Amorem laudavit.

VIII. DIOTIMAE DOCTRINA.

Ut iam supra diximus, Diotime eodem modo Socrati, quo et Socrates Agathoni, demonstrat Amorem neque esse bonum neque pulchrum. Inde autem, Diotima contendit, non necessario sequitur eum esse turpem et malum. Nam ita ut inter scientiam et ignorantiam medium quoddam est, quam veram opinionem appellare possumus, et inter sapientem et ignorantem philosophus tenet medium, ita et Amor in medio quasi est inter pulchritudinem et deformitatem, bonitatem inter et malum. Quum vero neque bonus neque pulcher sit, Deus esse non potest, qui utriusque est particeps. Nec tamen est mortalis, sed in medio Deorum et mortalium tenet locum, est magnus

Daemon. Daemonum autem hoc est munus, ut nuncient afferantque Diis, quae apud homines fiant, preces nempe et sacrificia, et ut hominibus nuncient Deorum monita sacrorumque remunerations. Vinculum quoddam igitur sunt Deorum hominumque; Dii ipsi enim cum hominibus non agunt, sed per daemonum ministerium cum iis tam vigilantibus quam dormientibus commercium habent. Multi et variae naturae hi sunt daemones, quorum unus et Amor est.¹⁾

Haec quum Diotime Socrati exposuisset, hic eam rogavit, quo patre et qua matre Amor esset natus. Et Diotime: „Grandius quidam hoc est, quam quod oratione explicari possit. Conabor tamen tibi dicere.”

Eo die, quo Venus nata est, convivium inter se celebrabant dii, cui et Porus (Abundantia), Metidis (ex theologia Orphica νοῦς θεῖος, pater idearum Platonis) filius intererat. Postquam coenarunt, Penia (Inopia) ad fores accedit, ut reliquias epularum sibi petat. Porus autem, nectaris plenus, in Iovis hortum ingressus est, ibique potatu gravis obdormivit. Tunc Penia propter suam ipsius paupertatem consilium init, sibi e Poro prolem facere, ideoque procumbit ad eum et concipit Amorem. Amor autem, quum conceptus esset eo die, quo Venus erat nata, eam semper sequitur, et quia Venus pulchra est, ipse amator exstitit pulchri. Quippe vero est filius Pori et Peniae, hanc sortem est nactus: πρῶτον μὲν πέμψις

1) Loci classici de Daemonum doctrina apud Platonem sunt: Phaedr. 246 E. Timaeus. 90 A. Politicus 272 E sqq. Leges. 713 D. Epinom 985. De huius doctrinae origine vide Creuzeri Symbol. III. 86 sqq.; de eius progressu, impr. apud Platonicos, pag. 88 sqq.

ἀεὶ ἔστι, καὶ πολλοῦ δεῖ ἀπαλός τε καὶ καλός, οἷον οἱ πολλοὶ οἴονται, ἀλλὰ σκληρὸς καὶ αὐχμηρὸς καὶ ἀνυπόδηπος καὶ ἀοικος, χαμαιπετῆς ἀεὶ ὡν καὶ ἀστρωτος, ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαιθρίος κοιμώμενος, τὴν τῆς μητρὸς Φύσιν ἔχων ἀεὶ ἐνδείᾳ ξύνομος. οὕτω δε αὖ τὸν πατέρα ἐπίβουλός ἔστι τοῖς καλοῖς καὶ τοῖς ἀγαθοῖς, ἀνδρεῖος ἀν καὶ ἵτης καὶ σύντονος, θηρευτῆς δεινός, ἀεὶ τινας πλέκων μηχανάς, καὶ Φρονήσεως ἐπιθυμητῆς, καὶ πόριμος, Φιλοσοφῶν διὰ παντὸς τοῦ βίου, δειγός γόνις καὶ Φαρμακεὺς καὶ τοφιστῆς. καὶ οὔτε ὡς ἀθάνατος πέφυκεν οὔτε ὡς θυητός, ἀλλὰ τοτὲ μὲν τῆς αὐτῆς ἡμέρας θάλλει τε καὶ ζῇ, ὅταν εὑπορήσῃ, τοτὲ δὲ ἀποθνήσκει, πάλιν δὲ ἀναβιώσκεται διὰ τὴν τοῦ πατρὸς Φύσιν. τὸ δὲ ποριζόμενον ἀεὶ ὑπεκρεῖ, ὥστε οὔτε ἀπορεῖ "Ερως ποτὲ οὔτε πλουτεῖ."¹⁾

Amor autem, quum non sit deus, non est sapiens; cupit vero sapiens esse et hanc ob causam non est stultus, quia hoc est proprium stultitiae, ut quum neque bona neque pulchra neque sapiens sit, tamen perfecta sibi videatur. Qui autem neque sapiens est neque stultus, est philosophus, quia studet, cupit sapiens esse. Ita et Amor, quippe qui natus sit e patre sapiente et affluente, matre vero insipiente et inope, philosophus est.

Haec quum ita sint, ii qui contendunt Amorem esse per pulchrum, in hoc labuntur, quod non distinguant inter eum qui amat et qui amatur.

Qui amatur revera est pulcher et mollis (*ἀβρός*) et perfectus et beatus; qui vero amat, est Amor, et ille talis est naturae, quallem descriptimus.

Amoris natura hoc modo exposita, nobis superest ut

1) 203. C — 203 E.

de utilitates, quas affert hominibus (*τινὰ χρείαν ἔχει τοῖς ἀνθράποις*) disputemus.

Amor est pulchrorum, *ἔστι τῶν καλῶν.*¹⁾ Qui autem pulchrum amat, id expetit ut suum fiat. Pulchrum vero quum idem sit ac bonum, si voce Amoris non abuti volumus, ut saepe nonnulli hac voce multisquo aliis, in primis voce *poeseos* abutuntur — *τὸ μὲν κεφάλαιόν ἔστι πᾶσα ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμία καὶ τοῦ εὐδαιμονεῖν ὁ μέγιστος τε καὶ δολερός ἔρως παντὶ*²⁾... Idcirco non ii, qui suam alteram quaerunt partem, dici possunt amare, quia Amor neque est partis neque totius, nisi pars aut totum sit bonum.

Non vero bonum tantum cupimus, sed bonum semper nobis adesse, et *ἔρως* ita definiendus est *τοῦ τὸ ἀγαθόν αἰτῷ εἶναι ἀστ.*³⁾ Sed neque haec Amoris definitio est accurata, est enim *οὐ τοῦ καλοῦ ὁ ἔρως, ἀλλὰ τῆς γεννήσεως καὶ τοῦ τόκου ἐν τῷ καλῷ,*⁴⁾ quia pulchritudo quasi obstetrix et conservatrix est generationis, *μηρὸς οὖν καὶ Εἰλεύσια ἡ καλλονή ἔστι τῇ γενέσει.*⁵⁾ Ad certam quum pervenimus aetatem, natura nostra procreare gestit. In turpi autem procreare non potest, quia a turpe abhorret, sed pulchri quid quaerit in quo procreat. Causa, ob quam procreare velit, satis liquet ex iis, quae diximus. Quia natura nostra cupit, semper bonum sibi adesse, ex necessitate inde sequitur eam immortalitatem desiderare, quam non assequi potest nisi *γεννήσει*, nam *ἀειγενές ἔστι καὶ ἀθάνατον ὡς θητῷ ἡ γέννησις.*

1) 204. D.

2) 205. D.

3) 206. A.

4) 206. E.

5) 206. D.

Haec erant quae Diotime Socrati dixerat. Alio tempore, quum de iisdem ἐρωτικοῖς verba faciebat, dixit: Causa hujus amoris et cupiditatis, quae eos, qui ea affecti sunt, νοσοῦντες τε καὶ ἐρωτικῶς διατίθεμένους efficit, et quae non in ξυμπληγώσθαι modo, sed etiam in prole defendenda valet atque conspicitur, nihil aliud est quam cupiditas aeternitatis. Nam ή θυητὴ Φύσις ζῆτει κατὰ τὸ δυνατὸν ἀεὶ τε εἶναι καὶ ἀθάνατος. δύναται δε ταῦτη μόνον, τῷ γενέσει, δτὶ ἀεὶ καταλείπει ἔτερον νέον ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ.¹⁾ Ac si quis existimat hanc immortalitatem dici non posse, animadvertisat, hominem dici vivere usque ad mortem, licet senex ex iisdem neque corporis neque animi partibus exsistat puer, quia veteribus decidentibus partibus, similia nova substituuntur, et codem modo quo partes exteriores etiam interiores mutantur, οἱ τρόποι, τὰ θηταὶ, δόξαι, ἐπιθυμίαι, ἥδοναι, λῦπαι, Φόβοι, immo et ἐπιστῆμαι, quarum non modo αἱ μὲν γίγνονται, αἱ δέ ἀπόλλανται ἥκιν, sed καὶ μία ἐκάστη τῶν ἐπιστημῶν ταῦτὸν πάσχει, et nisi meditatio (μελετή) auxilio veniret, prorsus nobis abit. Deorum autem immortalitas magnopere ab hac discrepat. Etiam ambitio (*φιλοτικία*) hominum nihil est, nisi pecuniaris forma huius amoris immortalitatis, et omnes qui insigne factum fecerunt, neque tot pericula adiissent, neque tot labores suscepissent, nisi existimassent laudem inde sempiternam sibi fore. Ac sane quo quis melior, eo maiorem adhibebit laborem ad hanc immortalitatem assequendam.

Immortalitatem illam assequi conantur homines variis modis, corpore et animo. Qui corpore sunt foecundi ad

1) 207. D.

feminas se applicant, et sperant fore, ut ipsa prole sibi immortalitatem comparent, et memoriam sui et beatitudinem in omne tempus futurum efficiant. Qui contra animo foecundi sunt, sapientiam omnemque ceteram virtutem sibi comparare conantur. Longe autem maxima et pulcherrima sapientiae pars est, quae in republica gubernanda aut in rebus familiaribus curandis versatur, quaeque nomen habet frugalitatis et justitiae. Ille animo foecundus divini est generis, et iam a pueritia prægnans, idonea aetate appropinquante parere et generare gestit, et ubique circumspicit, si pulchrum quem invenire possit, in quo generet. Si corpus pulchrum invenit, gaudet, sin autem animo pulchro ac nobili occurrit, utrumque corpus et animum amplectitur, et πρὸς τοῦτον τὸν ἄνθρωπον εὐθὺς εὔπορει λόγων περὶ ἀρετῆς, καὶ περὶ οἷς χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα τὸν ἀγαθὸν οὐκὶ ἡ ἐπιτηδεύειν, καὶ ἐπιχειρεῖ παιδεύειν· ἀπτόμενος γὰρ, οἴμαι, τοῦ καλοῦ καὶ δυσιλάνη αὐτῷ, ἢ πάλαι ἐκένει, τίκτει καὶ γεννᾷ, καὶ παρὰν καὶ ἀπὰν μεμνήμενος, καὶ τὸ γεννηθὲν ἔυγεντρέφει κοινῇ μετ' ἐκείνου· ὥστε πολὺ μείζω κοινωνίαν τῆς τῶν παιδῶν πρὸς ἀλλήλους οἱ τοιοῦτοι ἴσχουσι καὶ Φιλίαν βιβαίοτέραν, ἀτε καλλιόνων καὶ ἀθανατωτέρων παιδῶν κεκοινωνήκότες. Quales autem liberos hujusmodi viri procreent, videre possumus in iis, quae Homero, Hesiodo, Lycurgo, Soloni multisque aliis, immortalitatem tribuerunt, immo quibus divinum fere honorem assequuti sunt.

Sed huc quum quis venit, non nisi primum Amoris gradum adscendit, et si ire pergere vult, ei ab uno corpore pulchro ad omnia corpora pulchra vertendum est. Dein Animi modo pulchritudinem consectabitur, et præ ea corporis florem contemnet; amabit pulchritu-

dinem morum et studiorum, et semper altius adscendens perveniet ad Amorem pulchrarum disciplinarum, et tandem ad illam notionem perveniet, quae nihil aliud est nisi ipsius pulchri notio. Eo tempore cognoscet quid ipsum pulchrum sit: Πρῶτον μὲν ἀεὶ ὅν καὶ οὕτε γιγνόμενον οὕτε φθίνον, ἔπειτα οὐ τῇ μὲν οὐκέτων, τῇ δ' αἰσχρὸν, οὐδὲ τοτὲ μὲν, τοτὲ δὲ οὐ, οὐδὲ πρὸς μὲν τὸ καλὸν, πρὸς δὲ τὸ αἰσχρόν, οὐδὲ ἔνθα μὲν καλὸν, ἔνθα δὲ αἰσχρόν, ὡς τισι μὲν ὅν οὐκέτων, τισὶ δὲ αἰσχρόν. οὐδὲ αὖ Φαντασθήσεται αὗτῷ τὸ καλὸν οἷον πρόσωπόν τι οὐδὲ χεῖρες οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ὃν σῶμα μετέχει, οὐδὲ τις λόγος οὐδέ τις ἐπιστῆμη, οὐδέ που ὅν ἐν ἑτέρῳ τινὶ, οἷον ἐν ζῷῳ ή ἐν γῇ ή ἐν οὐρανῷ ή ἐν τῷ ἄλλῳ, ἄλλα κύτῳ καθ' αὗτῷ μεθ' αὐτοῦ μονοειδὲς ἀεὶ ὁν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα καλὰ ἐκείνου μετέχοντα τρόπον τινὰ τοιοῦτον, οἷον γιγνομένων τε τῶν ἄλλων καὶ ἀπολλυμένων μηδὲν ἐκεῖνο μήτε τι πλέον μήτε ἔλαττον γιγνεσθαι μηδὲ πάσχειν μηδέν.¹⁾ Demum pulchro viso, vita revera sit vitalis; cum hoc pulchro comparata, vestes splendidae, aurum et gemmae, nec non pueri pulchri evanescunt; hoc pulchrum intuens homo non amplius imagines virtutis procreabit, sed ipsam veram virtutem; quippe qui non simulacro sed ipsi veritati cohaereat; et hanc virtutem generans et alens diis fit acceptus, et si quis alias, hic sane immortalitatis erit particeps.

Hac expositione Diotime persuasit Socrati, Amorem optimum humano generi esse coadjutorem ad summum bonum adipiscendum; et Socrates sua vice etiam aliis persuadere conatur, ut Amorem colant honorentque, eiusque

1) 211 A.

vim et virtutem, quoad possint, celebrent. Neque aliud quid nunc voluit, et ita suo iure Phaedrum rogare potuit, ut suam orationem, tanquam de Amoris laudibus habitam, acciperet, sin minus eam nomine, quo ipse vellet, indicaret.

Fortlagius¹⁾ hanc orationem designat vocibus *kritische und allumfassende*: et sanc nullis verbis melius eam nuncupare possumus. Longius esset enumerare quoties, quibusque in rebus, Socrates opposuerit superiorum oratorum verbis. Ad nonnullas tantum oppositiones attendamus. Omnes, ne Agathone quidem excepto, licet vitium in aliis animadvertisset, non Amorem laudarunt, sed id quod amatur, pulchrum nempe, et interdum etiam effectus amoris. Socrates, non modo Agathonem cogit ad confessionem se in hoc vitium delapsum esse, sed etiam amorem ipsum per se, vividis coloribus depingit, laudatque, et oratione sua cum aliorum comparata clavis offertur verbis quae iam, antequam ulla Amoris laus proleta fuit, locutus erat: Ἡ μὲν γὰρ ἐμὴ (σοφία sc.) Φαῖδη τις ἀν εἴη καὶ ἀμφισβητήσιμος, ὡσπερ ὅνκρος αὖταις, οὐ δέ σὺ λαμπρὰ τε καὶ πολλὴν ἐπίδοσιν ἔχουσα. Ex hoc discrimine cetera fere omnia nata sunt, quae in mytho, in primis, sed perinde etiam in reliqua expositione animadvertisimus. Phaedrus dixerat: Parentes Amoris neque sunt, neque dicuntur; Pausanias sententiam protulerat: Quia duae sunt Veneres, necesse est duos etiam esse Amores; et Agatho laudaverat Amorem, florentissimum²⁾ molissimumque Deum. Hisce sententiis Socrates opposuit:

1) l. l. pag. 168.

2) 195. E.

Amorem esse natum, esse unum, esse durum (*σκληρόν*). esse daemonem, non deum. Aristophanes dixerat: "Επτὶ δὴ οὖν ὁ ἔρως τῆς ἀρχαίας Φύσεως συναγωγεὺς καὶ ἐπιχειρῶν ποιῆσαι ἐν ἐν δυσῖν καὶ ίάσασθαι τὴν Φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην.¹⁾ Contra Socrates contendit: Amorem esse τόκον ἐν καλῷ καὶ πατὰ τὸ σῶμα καὶ πατὰ τὴν ψυχήν.²⁾ Aristophanes contenderat: ἀλλ' ἀλλο τι βουλομένη (ἢ τῶν ἀφροδισίων συνευσίᾳ) ἐκπιτέρου ἡ ψυχὴ δήλη ἐστίν, ὃ οὐ δύναται εἰπεῖν ἀλλὰ μαντεύεται ὁ βούλεται καὶ αἰνίττεται,³⁾ Socrates dicit: καὶ ἐάν ἐντύχῃ ψυχῇ παλῇ, πάνυ δὴ ἀσπάζεται... καὶ εὑθύς εὐπορεῖ λόγων περὶ ἀρετῆς... ἀπτόμενος γὰρ τοῦ παλεοῦ καὶ δημιλᾶν αὐτῷ, ἢ πάλιν ἐκμει, τίκτει καὶ γεννᾷ.⁴⁾ Atque etiam apertius, quam in his locis, Aristophani contradicit: καὶ λέγεται μὲν γέ τις λόγος, ὡς οἱ ἐν τὸ ἥμισυ ἐκπτῶν ζητῶσιν, οὗτοι ἔρῶσιν ὁ δέκατος λόγος οὗθ' ἡμίσεος Φύσιν εἶναι τὸν ἔρωτα οὕθ' ἔλου, ἐάν μὴ τυγχάνῃ γέ που ἀγαθόν ὅν.⁵⁾ Et hanc sententiam esse veram probat, quum dicit, homines non vereri sibi pedes et manus amputare, si illi ipsis mali esse videantur.

Nihil vero essent Socratis sententiae aliis oppositae, nullo iure hinc oratio critica appellari licet, nisi alind quid adsit. In prioribus orationibus, Aristophanea excepta, in qua autem mythus cum nulla disputatione ante peracta cohaeret, frustra quaeritur necessitudo partium; in pluribus etiam Amoris definitio desideratur. Contra, in Socratis oratione omnia, quae dicuntur, quam

1) 191. D.

2) 206. B.

3) 192. D.

4) 209. B.

5) 205. E.

arctissime inter se et cum mytho cohaerent, omnia ex mytho profluunt; et mythus ipse non prorsus commen-
ticius est, sed necessitate quadam natus est ex iis, quae
paullo ante inter Socratem et Agathonem, dein etiam inter
Diotimam et Socratem disputata sunt. Et ne hoc quo-
que discrimen nos fugiat, Plato curam habuit. Quid
enim aliud velle possunt ea, quae legimus: *Ω σοφωτάτη
Διοτίμα· ταῦτα ὡς ἀληθῶς οὕτως ἔχει; καὶ οὐ, ἀσπερ οἱ
τέλεοι σοφισταί, Εὗ λοθι, ἔφη, οὐ Σώκρατες.*¹⁾

Oratio Socratis etiam omnia complectitur (allumfas-
send). Vitio, quo superiores laborant orationes, desig-
nato, incipit a genere et ortu Amoris, describit eius
naturam, exponit quid quaerit, et quomodo huius fit par-
ticeps. Omnes amoris scalas adscendit: Amor corporis
pulchri, animi pulchri, omnium corporum pulchrorum, pul-
chrorumque animorum, pulchrorum institutorum, artium,
disciplinarum, τοῦ ipsius pulchri. Postremo loco autem
fructus exponuntur, qui ex ipsius pulchri Amore carpuntur.

Socratis oratione finita non, ut post verba Agathonis,
acdes resonant applausu; nihil nisi laudes, et cae qui-
dem simplices, (*τοὺς μὲν ἐπαινεῖν*) oratori contingunt;
immo vero vel Aristophanes paratus est ad controversiam,
propter ea, quae Socrates contra ipsius orationem dixerat.
Hoc mirum nobis videri non potest; nam ita sit,
factum est et semper fiet in omnibus rebus, quae novae,
paradoxae, inexspectatae sunt, et aliter factae ac fieri
solent. Eas solas res, quae paullo modo nostris viribus
maiores sunt, applausu accipimus. Huic sententiae
sane nullis opus est argumentis, nam quotidie eam veram

1) 208. C.

esse invenimus. Si quid facias, quod alii existiment, sese quoque potuisse facere, vellent modo, et id alia facta supereret, non est dubitandum quin lauderis, quin summis afficiaris honoribus. Sin autem facias quid novi, quid magni, aut silebunt, aut laudes, quas urbanitas requirit, proferent aut vituperant. MOZARTIUS, musicus ille clarissimus, hoc expertus est. Quoties opera sua minora Viennae edidit, haec universo applausu accipiebantur. DON JUAN, quum primum dedit, nullius applausus, immo vero omnium fere vituperationum particeps fuit.¹⁾

O vir praeclare Plato, quum Symposion scribebas, nulla res te fugit, et ita factum est ut opus hoc tibi coronae laureae instar esse possit, qua poeta Italicus, qui animo tecum coniunctus fuit, in Capitolio publice ornabatur! Ac quamobrem Petrarca coronatus est? Non ob *soneta*, qui semper vivent, sed propter poema illud quod inscribitur Italia, et a nullo fere nostris diebus legitur.

Plato paucis his verbis satisficerat veritati, ut ita dicam, historicae, non autem magistro neque splendidae ab eo habitae orationi. Alium laudis modum praeparatum habet Socrati, quacum si comparatur applausus Agathoni tributus eodem modo se habet, ac si rivuli murmur conferas cum maris πολυφλοισβοιο aestu.

Sed antequam narrationem Symposii persequamur, inspiciamus paullum accuratius in ipsam Socratis s. Diotimae expositionem Amoris. Ut iam supra diximus, omnia in ea quam arctissime cohaerent cum Mytho de Amoris ortu, qui primo in loco nobis pro viribus est explicandus.

1) Fortlagius, l. l. 191.

MYTHUS DE AMORIS ORTU.

Iam veteres hanc fabulam explicare conati sunt. v. c. Plutarchus,¹⁾ qui contendit: ὁ γὰρ Πόρος οὐχ ἔτερός ἐστιν τοῦ πρώτου ἐρωτοῦ καὶ ἐφετοῦ καὶ τελείου καὶ αὐτάρκους. Πενίαιν δὲ τὴν ὑλην προσεῖπεν (Πλάτων), ἐγδεῖ μὲν οὖσαν αὐτὴν καθ' ἐκυτὴν τοῦ ἀγαθοῦ, πληρουμένην δὲ ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ποθοῦσαν ἀεὶ καὶ μεταλλαγθάνουσαν. δ δὲ γινόμενος ἐκ τόντων κόσμος καὶ Ὡρῶν, οὐκ ἀΐδιος, οὐδὲ ἀπαθής, οὐδὲ ἄφθαρτος, ἀλλ' ἀειγενῆς ἦν, μηχανᾶται ταῖς τῶν παθῶν μεταβολαῖς καὶ περιόδοις ἀεὶ νέος καὶ μηδέποτε θαρησόμενος διαμένειν. — Hanc opinionem, quae si vera esset, nulla necessitudo inter mythum et orationem exsisteret, iam refutavit princeps Neo-Platonicorum, Plotinus, qui interpretatus est: Venerem τὴν ψυχὴν, Ρούμ τὸν πάντων λόγον, Πενιαν τὴν ὑλην, Ιονεμ τὸν βασιλικώτατον νοῦν; Ροι φρεστατημ, τὸν λόγουν ἀπὸ κρείττονος ἀρχῆς πεσόντα εἰς ἐλάττω: Iovis hortum (quia hortus ἀγλαΐσμα et πλούτου ἐγκαλλάπισμα est) τὰ περὶ τοῦ νοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ψυχὴν ἐλθόντα ἀγλαΐσματα. i. e. τοὺς λόγους τοὺς παρ' αὐτοῦ ῥυέντας; Amorem, ipsum animi desiderium πρὸς τὸ κρείττον s. ἐνέργειαν ψυχῆς ἀγαθοῦ δριγνωμένης; eumque ex Penia et Poro esse natum, quod μετέχει μὲν ἐνδείξεις, ἢ πληροῦσθαι θέλει, οὐκ ἀμαρτιας δεύποριας ἐστὶν, ἢ οὐ ἔχει τὸ ἐλλεῖπον ζητεῖ.²⁾ Cum his Plotini quam maxime congruant ea quae Porphyrius,³⁾ ad hunc mythum respiciens,

1) De Isid. et Osir. 374. C. D. s. cap. 57.

2) Ennead. 3. 5. 5 et 3. 5. 6. inde a pag. 293—298 et dein passim.

3) Stob. Ecl. I. Cap. 52 N°. 19. p. 826 ed. Heeren.

scripsit, qui Peniam definit: τὴν τῆς οἰκείας δυνάμεως κένωσιν, qua animus πρὸς μὲν ὑλην φέπων afficitur, et Porum¹⁾ τὸ πλήρες, quod divina natura ei praebeat.

Iamblichus²⁾ satis perspicue declarat, se Pori et Peniae commercium referre ad divinae naturae communicationem cum materia.

Proclus, licet uno loco³⁾ Porum τὸ ὄν, τὸ πατρικὸν καὶ ἐφετόν, Peniam autem τὴν ὑλην, τὸ μητρικὸν interpretetur, alio loco⁴⁾ Amorem non κοσμικῶς sed Φυσικῶς accipit, et ibi Ἐρως sit animus humanus, qui quum ex natura divina delibatus et in materiam detrusus sit, penuriam suam explere studet; et si se philosophando ad divinam applicet naturam, ex inopia mortali, quia ipse quoque naturā πλήρωμα εἰδὼν factus est, pristinas naturae suae divitias recuperare poterit.⁵⁾

Etiam patres ecclesiae fabula nostra usi sunt, eamque ad usum interdum suum explicaverunt. Plato enim in magna auctoritate erat apud complures Patrum, et eo tempore opinio vulgo vigebat, Platonem aut ipsam Iudeam visisse, aut in Aegypto vel alia regione plurima de Iudeis audivisse, eorumque scripta sacra legisse. Quid mirum igitur, si in Scripturis Sacris interpretandis Platonis mentionem fecerunt, aut invicem in Platone exponendo, Scripturarum. Inde factum est, ut legamus

1) Ita lego cum P. Petit et Jahn, non χόρον.

2) Apud Simplic. in Arist. Categ. fol. 95.

3) Theol. Plat. I. 28 pag. 68 sqq.

4) In. Plat. Parm. T. 5. pag. 249 et 216. 146. 152 deinceps. in Alcib. I. pag. 153 m.

5) Cf. Jahn. I. l. 189.

apud Eusebium:¹⁾ „Quum Moses incffabili quadam ratione, in principio creationis mundi, paradisum quendam a Deo plantatum dixerit, hominemque ibi a serpente per mulierem deceptum narraverit, aperte Plato, commutatis nominibus, in Symposio allegorice similia posuit. Pro paradiſo enim Dei, hortos Iovis appellavit; pro serpente deceptioneque ipsius, paupertatem insidianem posuit, pro viro autem primo, quem Dei consilium atque prouidentia quasi nuperrime natum filium produxit, consilii filium, Porum nomine, posuit. Quumque Moses in ipsa constitutione mundi factum hoc dixerit, quum Venus facta esset, id accidisse Plato narravit, Venerem allegorice propter pulchritudinem mundum appellans.”

Et eodem modo Ambrosius, quum agit de Cap. VIII Cantici Canticorum dicit:²⁾ „Hinc hortum illum sibi Plato composuit, quem Iovis hortum alibi, alibi hortum mundi dixit. In hunc introisse animam, quam Venerem nuncupat, ut se abundantia et divitiis horti repleret, in quo repletus potu iaceret, purum qui nectar effunderet. Hoc igitur ex libro Canticorum composuit, eo quod anima deo adhaerens in hortum mentis ingressa sit, in quo esset abundantia diversarum virtutum, florisque sermones. Quis autem ignorat, quod ex paradiſo illo, quem legimus in Genesi habentem lignum vitae et lignum scientiae boni et mali et ligna caetera, abundantiam virtutum putaverit transferendam et in hortum mentis esse plantandam.”

1) De Praep. Evang. Lib. II. Cap. VI. Edit. Colon. 1539.

2) De Bono Animo Cap. V.

Eodem fere modo, quo Eusebius etiam Origenes mythum accepit.¹⁾

Sed non Patres modo, etiam haeretici hanc fabellam usurpaverunt, et Valentiani, qui paene prorsus Platonici fuerunt²⁾, doctrinam suam de *πληράματι* divinae naturae, de *κενάματι* materiae et de anima, inter utramque constituta, non dubium est, quin magna ex parte, ex nostro mytho hauserint.³⁾

Medio Aevo Plato non legebatur, nisi fortasse apud Arabes, nonnullasque gentes Mahometanicas, quarum opinio me latet. Sed inde a tempore, quo litterae renatae sunt, studium Platonis renovatum est, et multae huius fabulae explicationes datae sunt, quarum nonnullas tantum memorabimus, antequam nostram de ea opinionem proferamus, quae ut plerumque e variis partibus variarum expositionum exsistit. Primum locum hic occupat Ficinus, qui in Commentario in Convivium Platonis, in oratione a Thoma Bencio habita, plurima capita huic fabulae interpretandae consacravit. In cap. VII^{mo} agit de Amoris ortu. Cap. VIII^o de duobus amoribus qui sunt in omnibus animis, de quinque vero in nostris. — Cap. IX^{mo} de passionibus, quae amantibus insunt propter Amoris matrem, X^{mo} de dotibus amantium propter Amoris patrem. XI de utilitate Amoris ex eius definitione etc. — Singula verba huius fabulae interpretatus est; sed eo modo, ut paullum ex hac explicatione pro-

1) Cf. Orig. c. Cels. lib. 4, 39. p. 533. ed. Rueae.

2) Vide Neander Gn. Syst. p. 209, 226, et Baur, de Gnosti Christ. p. 157 sq.

3) Jahn. I. l. 141.

ficere possimus. — *In Veneris natalibus* v. e. ita disserit: i. e. quando mens angeli et mundi anima (quas Veneres ex ratione quam alias diximus nominavimus) ex summa dei maiestate oriebantur. Apud verba *Dii discumbebant* annotat: Coeleus et Saturnus et Jupiter bonis propriis vescebantur. Nam quum in angelo intelligentia, in mundi Anima vis generandi, quas proprie Veneres geminas appellamus, prodibant in lucem, iam erat summus ille deus, quem vocant Coelum. — Paullo post, *Iovis hortus* fit angelicae vitae foecunditas, et dein in *horto Iovis*, sub umbra vitae rel. — Frustra quaeritur expositio Pori et Peniae naturae, — atque illa distinctio 5 amorum (quorum 2 modo essent daemones, ceteri nihil nisi affectus) sane non conductit ad recte intelligendum ea, quae Socrates de uno Amore disputavit. — Maioris momenti sunt ea, quae de Dotibus et Passionibus amantium dicit, congruentibus cum Amoris Patre et Matre, unde infra pauca describemus.

Picus Mirandulanus¹⁾ non valde discrepantem sententiam habuit, neque Hieronym. Benivienus²⁾, qui hymnum in Amorem scripsit. *Porus* ei est copia idearum; *Penia*, natura informis, *Amor*, angelus accensus desiderio pulchritudinis. *Jupiter* est vita activa, est actus ipse, est anima mundi in cuius *horto* ideae plantatae sunt. Dii ad diem festum invitati, sunt ideae rel. Sed quid multa; Picus ipse in Conclusionibus opinionem suam paucis verbis contraxit, quum dixit:³⁾ „Plato nil aliud

1) Apud Stanleium. Histor. Phil. pag. 366. Lipsiae 1711.

2) idem. pag. 378.

3) Pic. Mirand. opera. Basil. 1557. p. 97. N°. 21.

intelligit, quam in angeli mente tunc primum amorem i. e. desiderium pulchritudinis esse natum, quum in eo idearum splendor, imperfectius tamen, refulsit.

Praetereamus opiniones Leonis Hebraei, Serrani, Sydenhami, aliorumque, et verbo tangamus Mendelsohni, Wolfi, Heusdii, Astii, Stallbaumii et Jahnii opiniones.

Mendelsohn¹⁾ dicit: „Si Peniam interpretamur: studium (das Bestreben) phantasiae nostrae, Porum, pulchram aut perfectam varietatem (Mannigfaltigkeit), facile explicare possumus, quomodo ex eorum amplexu Amor sit natus.

Wolfio²⁾ Mêtis est ὁ νεῦς divinus, Porus sunt ideae, Penia, materia sine forma, Veneris natales, tempus quo ordo naturae primus exstitit, et Pulchritudo, ex Hesiodi fabula, ex Oceano s. Chaote nata est. Hortus Jovis est Immensitas spatii; Amor est studium animantium ratione praeditorum, ut perfectionem formae pulcherri- mae attingant.

Heusdii hacc sunt³⁾ „*Ex indigentia* nostrae naturae ori- tur Amor. Hinc comparare nobis *studemus* quae appetimus: hinc *studia* praeclara omnia, in primis pulcri et boni, hinc artes, quibus explere haec studia conamur; hinc ipse adeo *cultus Deorum*: nam ut nobismetipsis non suffici- mus, ita ad Deos configimus eosque rogamus, ut prae- stent nobis, quae desideramus. Imaginibus haec magis quam verbis et sententiis declarat Diotime, sed declarat tamen.” — Qui locus conferendus est cum illo:⁴⁾ „Ut

1) Phil. Schrift. I. pag. 148.

2) I. l. pag. 85 in annotatione.

3) I. l. I. pag. 179.

4) Ibid. pag. 120.

sculptis imaginibus Aegyptii, sic Graeci fabulis, significare studuerunt et quasi vaticinati sunt, quae abstracte, ut aiunt, et paucis verbis exprimere nondum poterant.

ASTIUS interpretatur¹⁾ Porum, plenitudinem vitae divinae, cuius terrestria omnia sunt cupida, et qua mens humana (Penia) expleri conatur. Amor autem est cupiditas illius plenitudinis et perfectionis, quae divina sunt, cupido immortalitatis.

STALLBAUMIUS affirmat:²⁾ Platonem hanc fabulam eo consilio inseruisse, ut clarius intelligeretur, quod antea dixerat Diotime: Amorem medium esse inter deos atque homines, ideoque in numero dacmonum haberi oportere; atque inde necessario sequi totam expositionem, ne non minibus parentum quidem exceptis. — Amor filius sit Pori, numinis alicuius divini, pulchritudinis, bonitatis, sapientiaeque participis et Peniae, mulieris illis coelestibus virtutibus inopis, ut perspicuum fiat, eum neque prorsus pulchrum esse, neque informem, neque sapientem, neque insipientem, neque bonum, neque malum, sed particula patris virtutum remanente, desiderantem pulchrum et bonum. Quod conceptus dieitur Veneris die natali, id, ex ipsius Diotimac explicacione factum est, ut causa exsisteret, quare pulchrum semper sectatur. Et quia mirum esse deberet, quo fieri posset, ut Porus cum Penia consuetudinem habuerit, quia tanta erat discrepantia inter horum naturam et ingenium, conceptio illa fingitur facta esse in Iovis *Horto*,

1) Phaedr. u. Symp. übers. pag. 335.

2) Symp. pag. 178 en 179 in annot.

(non domo), Poro ebrio et Penia muliere, viro Poro insidiante.

JAHNUS¹⁾ hoc modo mythum explicat: Mῆτις, Consa, Jovis uxor, summa Dei est mens, summa sapientia, mundi effectrix et gubernatrix; Penia (Inopia) est maternia, quae per se omni divinitatis virtute vacua est. Porus (Affluus) est natura boni, Venus natura pulchri. — Amor est universi animi humani, a divinitate orti, indoles et natura. Inopiac cum ebrio Affluo concubitus, illa conditio et lex est, qua animus tum singulorum hominum, tum universi humani generis nascitur.

Omnium harum sententiarum Stallbaumii maxime faveremus, si eo adduci potuissemus, ut crederemus hunc mythum factum esse ad meram imaginem quasi corporream eorum, quae philosophus partim iam disputavit, partim adhuc disputaturus est. Sed, ut nostra fert opinio, haec ratio esset indigna et Platone et re, facile totius Platonicae philosophiae maxima, quae hic tractatur. Potius tenere volumus quae, ut supra descripsimus, Heusdius de fabulis contendit, neque oblivisci: „philosophus quum, mente confirmatus, ea sres, quae extra hominis experientiam positae sunt, quaeque divina continentur natura, apprehendere quidem, neque tamen in eas unquam penetrare valeat, si eiusmodi aliquid, quale sit, ad veritatem oratione explicare conatur, vere infans fit et divinae gravitati impar ad fabulum confugit.”²⁾ Et Platonem hic in hoc statu versari, ut mihi videtur, satis apparet ex iis, quae ante fabu-

1) Diss. Platon. pag. 65 sqq.

2) Jahn l. l. p. 10.

lam initam legimus: ¹⁾ Quo patre autem et qua matre Amor sit natus, *μακρότερον*, grandius est, quam quod oratione explicari possit: conabor tamen tibi dicere (*ὅμως δὲ τοι ἐπῶ*). Credimus igitur Diotimam, hac in fabula, ea adumbravissc, quae Plato sentiebat sensu interno, non autem verbis explicare potuit. In tota fabula et disputatione, quae sequitur, agi de animo, quis non sentit? sed cavendum est, ne in ipsa explicatione longius progrediamur, quam licet; eodem modo quo in parabolis Evangelicis interpretandis, nobis agendum erit. Qui in Christi parabolis explicandis nimis attenderet ad res minoris momenti, non fieri potest quin ab ipsius Christi sententia aberret; et non minus grave errabit qui, in hoc mytho explicando, omnia nomina, resque omnes perinde aestimat. Aratus poeta dixit: Et nos divino genere orti sumus. Cur non Plato huiusmodi opinionem habuisset! iam in veteribus mythis Prometheus narratur ignem e coelo surripuisse, et eo vitam dedisse figuris, quas fecerat. — Animus igitur noster natus est ex concubitu Pori et Peniae, ex unione Dei et materiae. Porus autem est Metidis filius, quod fortasse verbis Platonicis dicere possimus: *ὁ δημιουργός* filius est *τοῦ νοῦ*, supremi illius Dei, cui nullum commercium cum materia esse potest. — Si porro progredi velimus, et huiusmodi explicationis progressus nobis non nisi arridet, Venus, eiusque natalis dies nobis essent explicanda; ²⁾ sed pergere eo modo non possumus,

1) 203. B.

2) Monendum nobis esset: Amorem non natum sed conceptum esse eo die, quo Venus nata est. Venus et pulchritudo nobis *κόσμος* esset explicanda, et dicendum: Animum humanum post, licet non longo tem-

nisi nobis sit verendum, ne in explicationes aequa putidas incidamus, quas in aliis reprehendimus. Amor ille daemon appellatur, et hoc nos cogit ut nonnulla mutemus in interpretatione nostra.

Legimus enim in Timaeo: ¹⁾ τὸ δὲ δῆ περὶ τοῦ κυριώτατου παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἰδους διανοϊσθαι δεῖ τῷδε, ὃς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἐκάστῳ δέδωκε, τοῦτο δὲ δῆ Φαύκεν οἰκοῖν μὲν ἡμῶν ἐπ' ἀκρῷ τῷ σώματι, πρός δὲ τὴν ἐν οὐρανῷ ἔνγγειλαν ἀπὸ γῆς ἡμᾶς αἴρειν ὡς ἄντας Φυτὸν οὐκ ἔγειριν ἀλλ' οὐράνιον, ὅρθιτα λέγοντος· et haec praestantissima pars animi nostri appellatur ὁ νοῦς, τὸ θεῖον, τὸ λογιστικόν.

Duplex natura Amoris nobis depingitur; duplē dicimus, fortasse melius esset si eam *mixtam* appellaremus. Habet enim Amor nonnullas passiones matris, nonnullas dotes patris. Quia Inopiae est filius, semper est pauper; longe abest ut sit mollis et pulcher, nam est rufus et squallidus; nudis pedibus ingreditur, caret domicilio, sine stramentis et ullo tegmine ad fores, in via, sub divo, dormit et semper est egenus. Quia autem ex patre Copia natus est, pulchris et bonis insidiatur, virilis est, audax, feroxque, vehemens, callidus, sagax venator, nova semper machinamenta contexens, prudentiae studiosus, facundus, per omnem vitam philosophans, incantator potens, veneficus et sophista; neque immortalis secundum naturam, neque mortalis, sed interdum eodem die floret et vivit quotiens exuberat, interdum deficit atque iterum revivi-

poris spatio, mundi creationem extitisse, et in ipsa creatione quasi initium existentiae accepisse.

1) 90 A.

scit ob patris naturam. Quae vero acquirit ea clam effluunt, quocirca neque est mendicus neque opulentus; et etiam in medio semper sapientiae inscitiaeque consistit. Rem credimus fore putidam, si periculum faceremus singulorum horum verborum vim ostendere. Omnia desumpta sunt de Amore proprio sensu, et Ficinus¹⁾ summa doctrina cuiusque vocis opportunitatem et veritatem ostendit. Ut tamen magis perspicuum sit, transcripsimus nonnullas Lucretii Cari versus.²⁾

Nam cibus atque humor membris assumitur intus;
 Quae quoniam certas possunt obsidere parteis,
 Hoc facile expletur laticum frugumque cupido:
 Ex hominis vero facie pulchroque colore
 Nil datur in corpus praeter simulacra fruendum
 Tenuia; quae vento spes raptā est saepe misella.
 Ut bibere in somnis sitiens quom quaerit, et humor
 Non datur, ardorem qui membris stinguere possit;
 Sed laticum simulacra petit, frustraque laborat,
 In medioque sitit torrenti flumine potans.
 Sic in Amore Venus simulacris ludit amanteis;
 Nec satiare queunt spectando corpora coram.
 et dein³⁾:
 Parva fit ardoris violenti pauca parumper;
 Inde redit rabies eadem, et furor ille revisit,
 Quom sibi, quod cupiant ipsi, contingere quaerunt;
 Nec reperire malum id possunt quae machina vincat:
 Usque adeo incerti tabescunt volnere caeco.
 Haec autem omnia, nulla fere re mutata, dici possunt

1) Comment. in Symp. Orat. VI. c. 9 et 10.

2) De Rer. Nat. Lib. IV. 1087 sqq.

3) Ibid. 1110 sqq.

de mente, studiis sapientiaeque intenta, quae ut brevi tempore ad Platonis imaginem redeamus, nuda i. e. sine ullis tegimentis, quae eam impedire possint, domicilium suum, corpus, quasi relinquit, et id percipere conatur quod ei pulchrum i. e. verum videatur; quae hoc quaerens, totaque hoc studio intenta, molesta, dura, rigida fit omnibus, qui aut quae eam retinere velint, quae etiam si id quod insectabatur nacta est, nondum contenta, alia altiora cognoscere cupit, et, nullis difficultatibus deterrita, ut perfectus heros viam initam persequitur, summo gaudio effertur, si voti vel partim modo compos fit, sed quam maxima affertur tristitia, si post multos labores videt omnem suam operam fuisse inanem. Tum saepe fit, ut quasi desperatis rebus, animum despondeat, et ab ardua illa veri investigandi via delapsa, pede labente, humi iaceat tanquam mortua. Mox autem reviviscit, novas accipit vires et novo ardore idem invenire conatur, a quo nuper aberravit. Ita Eros materiam matrem relinquit, et ad patrem Porum advolat.

Quam ob causam Plato dixit, Amorem pulchra sectari, quum satis liqueat pulchrum ei idem esse quod bonum, in fine disputationis nostrae de Phaedro iam paucis verbis tetigimus; hic nonnulla sunt addenda. Apud Graecos aesthetica, quae appellatur, multo plus valebat quam sensus ut dicimus moralis; ideoque si Socrates aut Plato boni quid efficere volebant, iis quodammodo huic indoli gentis suae morigerandum fuit. Graeci praeterea utebantur voce *Amoris* variis significationibus. Apud antiquos poetas, v. c. Hesiodum, et apud primos philosophos, Parmenidem, Empedoclem rel. Amor personificatio est illius rationis naturae, cuius interventu mundus,

qui antea nihil nisi Chaos erat, exstitit. Mox iuxta hunc deum Amorem, alter exstitit, ut videtur a poetis fictus, magis coniunctus cum ipsius hominis natura, et ad populi captum unice accommodatus, qui, omnibus laudibus ornatus, tamen nihil est aliud nisi vis illa humanae naturae, qua quis etiam invitus ad pulchra trahitur. Hanc vim quoque in deorum ipsorum numero reposuerunt, non autem bene distinxerunt, quo fiebat ut interdum Amor qui amori praesideat, nuncuparetur naturalis hominisque animo insita amandi cupiditas.¹⁾ In hac vocis Amoris significatione Socrates et Plato exordium quasi et aditum invenerunt, ad suum de pulchro, i. e. de bono et vero, doctrinam. Neque vox Amor una fuit res, quam usurpabant, nam et initium investigationis boni et veri e pulchritudine corporis, immo e paederastia, coperunt. Ita et Amor Platonicus incipit a pulchro corpore, pergit ad omnia corpora pulchra, perfectior sit in pulchris animis, dein in legibus, institutis, et absolvitur in ipso pulchro,²⁾ aut vero. Tunc demum vita sit vitalis, et Amor est ille, quem Plato exhibere et Socrates in dialogo nostro laudare vult. Quod saepius loquitur de ortu et generatione in pulchro, non in turpi, hoc ut mihi videtur, indicat, bonum non esse infructuosum sed magnae prolis patrem; quum malum nullos praebere potest fructus, licet careat neque incommodis nec poenis.

Vidimus igitur Platonis doctrinam de Amore in Symposium congruere cum iis, quae in Phaedro invenire exis-

1) Cf. Jahn l. l. p. 45 et 46.

2) Definitio ipsius pulchri legitur apud Grote l. l. II. pag. 210, verbis Ficini ex Argumentat. in Hippiam Mai. pag. 757.

timabamus. In utroque dialogo Eros nobis visus est illa vis humanac mentis, quae indigentiam maternam sentit, camque explere conatur, et ad abundantiam paternam evolare conatur; est enim *cupido σοφίας*, est philosophia ipsa, quoad haec est pars integra humanae mentis, non disciplina.

Licet vero summa utriusque dialogi sit eadem in rebus minoribus discrepantia esse potest. Et Grote¹⁾ tria notat, quibus Phaedrus et Symposium differant: 1°. In Phaedro Animi prae-existentia eiusque anterior cognitio ipsarum Idearum mundi, primo loco ponuntur, et fundamentum quasi sunt doctrinae reminiscentiae. In Symposio contra: postulatum fundamentale (*the fundamental postulate*) est insita conceptio (in-dwelling conception), atque animus per inductionem ad summum pervenit pulchrum.

2°. In Phaedro animus est immortalis, tam a parte posteriori quam a parte anteriori. In Symposio contra²⁾ affirmatur non fieri posse ut ita sit: et si de animi immortalitate hic loquitur, vox illa semper accipienda est metaphorice.

3°. In Phaedro multae formae aut ideae distinctae memorantur, e quibus pulchritudo modo est una, et summum privilegium est Amoris, ut perveniat ad harum Idearum contemplationem et cognitionem. In Symposio contra, Idea pulchritudinis, τὸ καλόν, proponitur sola, quasi communio cum una hac forma solum esset negotium maxima philosophiae.³⁾

1) I.I. II. pag. 222 sqq.

2) Symp. pag. 207 en 208.

3) Cf. et Ast. Plat. Schr. 3II sqq.

Libenter accedimus ad ea, quae vir doctissimus sub titulo 1°. et 3°. statuit: non autem aequa facile ea admittere possumus, quae sub titulo 2°. contendit. Nam ut primum hoc proferamus, ne verbo quidem pag. 207 et 208, Plato dicit fieri non posse, ut animus sit immortalis. — De mortalitate his paginis agitur, de cupiditate procreandi, ut prole immortalitatem sibi adipiscatur ἡ θνητὴ φύσις,¹⁾ et si paullo post additur, non modo in corpore sed etiam in mente, alia γίγνεσθαι, alia ἐπέλα-λυσθαι, non eiusmodi est nexus disputationis, ut inde concludere possimus Platonem hic de animo eadem quae de corpore dicere. Quum de immortalitate corporum loquutus est, hanc immortalitatem, ne absurdum quid protulisse videatur, quia omnia videmus interire corpora, explicat hisce verbis: Nihil interit, si semper veterum partium loco, novae oriuntur, ut in singulis animalium corporibus fieri videmus, quae etiam eadem semper esse dicimus. Dein loquitur de animi passionibus, quae etiam mutationibus subjectae sunt. Ita, ut nobis videtur, cum humano genere aut si mavis cum genere animante comparatur animus, non autem cum singulis corporibus; si igitur humano generi immortalitas assignatur, necessario inde sequitur et animum esse immortalem. — Quac de singulis corporibus dicuntur, si ad unam rem referre volumus, certe referenda sunt ad cognitiones, ἐπιστήμας,²⁾ quarum aliae nascuntur, aliac intereunt.

Plato sane non ita distinete in Symposio ac in Phaedro

1) 207. D.

2) 208. A.

de animi immortalitate egit; ac non mirum, quia non prorsus idem propositum suum fuit in utroque dialogo scribendo. Sed satis tamen perspicue illam immortalitatem docuit, si respicimus ad fabulam de Amoris ortu nec non ad ea, quae ante hanc fabulam prolatam disputata sunt. Amor est filius Pori et Peniae. — Porus certe ut Deus immortalitatis est particeps: et Peniam, materiem, ex ipso mytho minime efficere possumus, non esse immortalem ex Platonis opinione. Qui autem natus est ex parentibus immortalibus, qui mortalis esse possit? Praeterea Eros est daemon, ideo non homo (mortalis) neque Deus; nam hoc modo existimamus vocem *ἀλλαγῶν* hic esse vertendam. Et Eros, qui animus est humanus, aut ex Platonis mente, pars animi, si non mortal is est, neque animus mortal is esse potest. Ac etiam, si nihil eorum, quae disputavimus verum esset, nihilominus non crederemus Platonem hic docuisse res, quae tanta in controversia essent cum iis, quae alias, in primis in Phaedone, tanta vi ac tam splendide arguit. Si in Phaedro, nulla esset mentio huius immortalitatis, adduci possemus, ut crederemus Platonem, proiectiore actate demum hoc placitum acceptisse, idque in Phaedone exposuisse: nunc vero ne cogitare quidem hoc possumus. — Sed hactenus.¹⁾ Red-

1) Si quis fortasse plura desiderat de congruentia et de varietate, quae inter duos illos dialogos existunt, transcripsimus sententiam Grote l. 1. 220 sq. The dialogue PHAEDRUS, in its first half, presents to us the Platonic love, conceived as the source and mainspring of exalted virtue — as the only way to philosophy — as contrasted, not merely with sensual love, but also with the sobriety of the decent citizen who fully conforms to the teaching of Law and Custom. In the SYMPOSION, the first of these contrasts appears prominently, while the second is

eamus ad id, unde devertimus. Pervenimus ad illam Symposii partem, quae quasi corona est totius dialogi, quae cum Socratis oratione a Schleiermacher¹⁾ pars praecipua (wesentliche) totius dialogi habetur, et quam Grote²⁾ his verbis laudat: *Ingenium et natura ethica Erotis Philosophi postquam summatis a Diotime depicta sunt, hinc singillatim exponuntur, in ipsius Socratis historia narrata et magni aestimata ab Alcibiade, qui tam verbis, quam rebus, partes agit viri bene poti. Omnia autem descripta sunt tanto calore, quantus cuique poetae dramatico honori esse possit.*

less noticed. The philosophical oestrus and the reminiscence of the eternal Ideas is inconsistent with that which is esteemed as sobriety, and is generated only by special inoculation from Eros or some other God. This last contrast is little marked in *Symposion*. But on the other hand the *Symposion* (especially the discourse of Socrates) insists much more upon the generalisation of the Erotic impulse. In the *Phaedrus*, we still remain on the ground of fervent attachment between two individuals — an attachment sentimental and virtuous, displaying itself in an intercourse, which elicits from both of them active intelligence and exalted modes of conduct: in the *Symposion*, such intercourse is assimilated explicitly to copulation with procreative consequences, but it is represented as the first stage of a passion, which becomes more and more expanded and comprehensive: dropping all restriction to any single individual, and enlarging it also not merely to embrace pursuits and institutions, but also to the plenitude and great ocean of Beauty in its largest sense. Cf. etiam Schleiermacher, Einl. pag. 258. Jahn, l. l. 74.

1) Einl. pag. 284.

2) l. l. pag. 224.

SOCRATES VERUS ET SINCERUS
PULCHRI AMATOR.

Alcibiades, magna comitante caterva, in qua etiam tibicina invenitur, ianuam pulsat et mox in ipsam exedram intrat, ubi convivae sunt, adeo ebrius ut tibicina eum sustineat in ianua, ne cadat. — Coronatus est densa corona hederae et violarum, et redimiculorum magna copia ei circumdat caput; quibus cincturus Agathonem venit. — „Salvete viri amici, exclamat. Utrum me iam bene potum compotorem accipere vultis, an mihi, Agathone coronato, iterum abeundum erit? Heri impeditus sum quominus venirem, nunc autem hac corona et his redimiculis coronaturus caput sapientissimi et pulcherrimi viri adsum. An fortasse me ebrium deridere vultis? Non recusabo, probe enim scio me verum loqui.” Roganti, num his conditionibus ei intrare liceat, magno clamore respondetnr. A pueris sustentatus in exedram introduceitur, et sedem capit inter Agathonem et Socratem, quem autem non statim animadvertisit. Agathonem cingit corona; mox vero, quum Socratem propinquum cognovit, exclamat: Mehercle, quid hoc est? Num h̄c quoque, Socrates, mihi insidiaris, ut semper ex improviso ibi ades, ubi te nullo modo esse existimo. Cur non accumbis cum Aristophane, aut alio ridiculo? An fortasse hic quoque pulcherrimum elegisti, quo cum accumbas? — Tum Socrates auxilium implorat Agathonis, quia Alcibiadis Amor sibi iam satis molestiarum afficerit. Quum enim invidiosus esset, ferre non potuit, Socratem iuvenem ullum pulchrum adspicere neque al-

loqui, quin statim probris insectaretur et vix abstineret quin manus in eum iniicret. — Rogat igitur ut alius lectus Alcibiadi assignetur. — Huic se opponit Alcibiades. Socratem propter ea, quae fecerat, alio tempore puniturus est, nunc autem precatur Agathonem ut e redimiculis quaedam reddat, quibus τὴν θαυμαστὴν κεφαλήν cingat huic viro, ne postea sibi criminis detur, se Agathonem quidem cinxisse, ipsum vero, qui omnes homines dicendo, non modo semel, ut Agatho nuper, sed semper, vincit, incinctum esse sivisse. Statim redimicula capit, iisque Socratem circumdat. Dein recumbit, ceteros ad bibendum adhortatur, se ipsum praesidem potationis creat et maius poculum afferri iubet. Quum autem ψυκτῆρα octo cotylarum capacem vidit, eum coronari iubet, atque exsiccat, dein et Socrati tradit, qui non recusat, vinumque statim exhaurit. Mox Eryximachus memorat legem, quam incunte convivio tulerant, et Alcibiadem adhortatur, ut suas quoque partes agat. — Alcibiades autem contendit: non fore aequum, si ipse potus orationem suam componeret cum sobrium, et praeterea se metuere dicit, ut Socrates, si alium, sive Deum sive hominem, laudaret, ipso neglecto, manus a se retineret. Paratus autem est Socratem laudare. Hoc admittitur, et postquam affirmavit, se verum esse dicturum, licet non bene disposita oratione, quod non exspectandum esset ab ebrio, praesertim quum de miro ingenio (*ἀτοπίᾳ*) Socratis ageretur, philosophum laudare incipit.

Socratem autem similem esse dicit grandioribus illis capsulis in artificum officinis, quae Sileni formam referunt, et fistulis et tibiis sunt ornatae. Forma externa lon-

ge abest ut sint pulchrae; sin autem eas aperias, invenias pulcherrima Deorum simulacra. — Eum deinceps cum Marsya Satyro comparat, immo huic praefert; Marsyas enim instrumento adhibito dcmulcet homines; Socrates vero, nullius instrumenti auxilio, verbis solis idem efficit; et ii, qui nullis verbis vel summi oratoris moventur, ipsius verbis, vel a viro mediocri repetitis, ita franguntur, ut cor saltet lacrimaeque oriuntur. Verba autem eius summas molestias Alcibiadi attulerunt. Semper enim coactus erat admittere ea quae dixerit, licet eius fuissent naturae, ut si posset pro viribus ea oppugnaret; exempli causa, quum ei diceret, eum multis rebus indigere, et nihilominus affectare rem publicam gerere. Quod autem non ea fecisset, quae monitus erat, in causa fuerunt honores populi ei dati, qui effecerunt ut pudor prorsus arbiret et ipse oblisceretur eorum, quae voluerit. Interdum aures obturans aufugit, interdum optat eum esse mortuum, et certe scit se eius mortem etiam gravius esse laturum, immo nescit, quâ hoc viro sit usurus.

Dein reddit ad imaginem. In hoc quoque Socrates Silenis illis est similis, ut nullus, ne ex convivis quidem, eum bene cognoverit, nisi quis, ut ipse, accuratius interiorem eius partem inspicerit. — Videtur enim ἐρωτικῶς διακεῖσθαι τῶν παλῶν καὶ ἀεὶ περὶ τούτους εἶναι καὶ ἐκπεπλῆγθαι, καὶ αὐτὸν ἀγνοεῖν πάντα καὶ οὐδὲν εἰδέναι¹⁾ Hoc autem nihil est nisi τὸ σχῆμα, forma illa Silenica. Si in mentem eius inspicias, videbis eam plenam esse σωφροσύνης, et non pluris eum facere pulchritudinem, quam divitias, aut alia, quae a vulgo plurimi aestimen-

1) 216 D.

tur, ab eo autem nauici. Ipse Alcibiades semel vidit τὰ ἐντὸς ἀγαλμάτα et ipsi videbantur οὕτω θεῖα καὶ χρυσᾶ εἶναι καὶ πάγκαλα καὶ θαυμαστά, ὡς τε ποιητέον εἴναι ἐν Βραχεῖ ὃ τι καὶ εύοι Σωκράτης.¹⁾ Credidit eum ἐσπουδαίεναι ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ὥρᾳ, de qua mirum quid cogitabat, et omnia fecit ut Socrati gratificaretur, hoc consilio, ut audiret ex illo omnia, quae seit. Totum diem cum eo solus degit, exspectans eum sibi esse dicturum, quae amator amasio dicere solebat, sed verbum nullum hac de re Socrates loquutus est. Una cum eo nullis testibus excercebat; eum ad coenam vocavit, alter recusavit; iterum vocavit, et ille venit, abiit tamem statim post coenam: denuo vocavit et ex industria sermones traxit usque in medium noctem, cogit eum ut secum maneret, iuxta eum accubuit, neque aliter ab eo surrexit, ac filius a parente debuerit. Huius abstinentiae philosophi autem nulla alia causa est quam eius superbia, quam iam ostendit iis verbis, quibus conditionem Alcibiadis, quam referre ipsum puderet nisi ebrius esset, recusavit. Dixit enim ironice et prorsus secundum morem suum: Ω φίλε Ἀλκιβιάδη, κινδυνέεις τῷ ὄντι οὐ φαῦλος εἶναι, εἴπερ ἀληθῆ τυγχάνει ὄντα ἀ λέγεις περὶ ἔμου· καὶ τις ἔστ' ἐν ἔμοι δύναμις, δι' ἣς ἂν σὺ γένοιο ἀμείνων. ἀμήχανόν τοι κάλλος ὅρφης ἀν ἐν ἔμοι καὶ τῇς παρὰ τοὶ εὔμορφίας πάμπολυ διαφέρον. εἰ δὴ καθορῶν αὐτὸν ποιάσασθαι τε μοι ἐπιχειρεῖς καὶ ἀλλάξασθαι κάλλος ἀντὶ κάλλους, οὐκ δίλγω μου πλεονεκτεῖν διαυστεῖ, ἀλλ' ἀντὶ δόξης ἀληθειῶν καλῶν πτάσθαι ἐπιχειρεῖς καὶ τῷ ὄντι χρυσά χαλκεῖαν διαμειβεσθαι νοεῖς. ἀλλ', ὡς μακάρις, ἀμεινον σκόπει, μὴ σε λαυθάνω οὐδὲν ἀν.

1) 217 A.

ἢ τοι τῆς διανοίας ἔψις ἀρχεται ὁξὲν βλέπειν, ὅταν ή τῶν
δημόσιων τῆς ἀκμῆς λήγειν ἐπιχειρῇ· σὺ δὲ τούτων ἔτι
πόδεσ. ¹⁾

Ne vero quis existimet, haec esse omnia, in quibus
σωφροσύνῃ Socratis plurimum splendeat, narrat etiam ea,
quae in expeditione ad Potidacam, ubi philosophi so-
dalis fuit, animadvertisit. Optime omnium labores et fa-
mem toleravit, vinum non facile bibit, coactus autem
ad bibendum omnes superavit, et quod etiam magis est
mirandum, nemo unquam Socratem ebrium vidit. Frigus,
quod ibi saevissimum est, ita facile toleravit, ut quum
omnes domi manerent, aut si exirent, quam plurimis
crassissimisque tegumentis tum corpora tum pedes cir-
cumdarent, ipse suo vestitu, qui non est e numero opti-
morum, amictus, nudis pedibus, exiit et glaciem transiit.
Quodam die mane exiit, ut nescio de qua re cogi-
taret; quum autem non bene procederet, in cogita-
tione versatus, stetit totum diem, sole interdum radios
tam fortes emitte, ut quisque umbram quaereret, et
noctem totam: sole oriente, preces ad solem fecit et
abiit.

Ac in proeliis quoque se eundem praestitit; v. c. Poti-
daeae, Alcibiadi quidem duces praemium decreverunt:
Socrates vero ipsum Alcibiadē servaverat, et quam
maxime opposuit ne in se Alcibiadis loco praemium
collocaretur. Fortitudinis optimum specimen dedit Delii,
quum exercitus Atheniensium fugiens se recepit. Tunc
Alcibiades equo insidens, atque hanc ob causam minus
metuens, vidi cum, gravibus armis oneratum, postre-

1) 218 D. sq.

mum se recipere, et in ipsa fuga non profuse sed tranquille ac quasi in summo esset otio praegredi, ita ut hostes virum tam confisum suis viribus adoriri non ausi sint.

Multa alia atque admiratione digna, de Socrate Alcibiades laudare posse contendit. Hoc unum animadvertere vult. In omnibus rebus semper eundem sc praebuit, et nulli neque maiorum neque nostrum ait, est similis. Cum Achille nec non cum Nestore alii comparari possunt; cum illo vero ne e longinquo quidem ullus conferri potest, nisi Sileni et Satyri, quibus non in factis modo sed in verbis quoque est similis. Orationes cius enim eandem habent externam formam, quam despicias; intus autem prorsus sunt divinae, plurima virtutis simulacula in se habent, ad plurimum tendunt, immo ad omnia, quae ei exploranda sunt, qui *καλός κἀγαθός* fieri velit. Eius orationes solae sunt, quae iudicio ac ratione dicantur, *νοῦν ἔχοντες*. „Haec sunt,” ita laudi Alcibiades imponit finem „quae in Socrate laudo, et quae reprehendo. Charicles, Euthydemus multique alii mihi sunt testes, quippe qui eadem quae ego de eo passi sint. Nam nos illudit et destituit; agit ac si amator esset, et mox evadit amastus. Haec in primis tibi dicta sunt, Agatho, ut discas ex incommodis alienis sine damno tuo.”

Haec quum Alcibiades dixisset, risus magnus ortus est ob suam orationem liberam. Socrates autem contendebat, eum haec verba fecisse, ut Agathonem ipsi inimicum redderet, et sibi amasium servaret; rogabatque igitur Agathonem, ut caveret ne quis ipsos seiungeret, eumque simul *invitat*, ut infra se accumbat. Huic consilio Alcibiades maxime opponit, sed frustra. Socrates enim, ex

ipsius Alcibiadis sententia, facile probabilem rationem invenit, quum dicit sibi esse in animo Agathonem laudibus ornare. Nihil tamen fit laudationis, licet Agatho infra Socratem accumbat; nam comessatorum magna multitudo, ianua aperta intrat et magnus nascitur clamor; multum bibitur, plures domum abeunt, multi indormiseunt, et ne Aristodemus quidem, qui ut vidimus supra, narrator est omnium, quae in Symposio aeta sunt, somno resistere potest. — Mane autem somno est excitatus, galli quum iam canerent, et Agathonem, Aristophanem et Socratem solos insomnes vidiit, e magno populo bibentes et disputantes. Socrates enim contendebat, eiusdem esse poetae comoedias et tragedias scribere, et illi hanc sententiam impugnabant; tandem quidem coacti sunt eam veram esse admittere, sed non amplius in eo erant, ut argumentationem sequerentur. Mox Aristophanes somno arripitur, dein, die iam lucente, etiam Agatho. Socrates, hoc viso, surgit, in Lycaeum abit, et lotus diem totum ibi degit, ut solebat, et non nisi vespera domum reddit ad quietem capiendam.

Socrates verus et sincerus pulchri amator.

Quum haec verba superscripsimus huic parti significavimus illud: Quae in Diotimae oratione theoria Amoris data est, in hac parte in vita agentem (in practicam transiisse) videmus. In oratione philosophia vera depingebatur, hic philosophum ipsum videmus, qui ad summum Amoris gradum pervenit, et etiam splendidissimam corporis pulchritudinem, ipsiusque iuventutis florem flocci facit, qui, licet tanta sit deformitate, ut Critobulus dicere

possit: ¹⁾ „Omnium Silenorum Satyricorum essem turpis-
simus, nisi te sim formosior, o Socrates;” sibi conscius est
animi pulchri, quem non commutare vult cum corporis
pulchritudine, quia non ei, ut olim Glauco, ²⁾ Jupiter
Φρένας ἔξελετο, ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἀμειβεν
χρυσέα χαλκείων. Alcibiadi est species modo (*δόξα*) pul-
chri, ipse particeps est *ἀλυθείας καλῶν*, et quae apud
Victor Hugo, ³⁾ Quasimodo in summo dolore de se
ipse loquitur:

Noble lame,
Vil fourreau,
Dans mon ame
Je suis beau! ⁴⁾

summo iure Socrates de se ipse praedicare potuisset. —
Pulchris insidiatur, ait Alcibiades, et postquam specie
amatoris eos propinquavit, sibique devictos fecit, ama-
tus evadit, efficit ut ipsum pereant, et quum praegnantes
sunt animo iis *μακευτικῇ τέχνῃ* adstat.

Ille vita vitali, de qua Diotime locuta erat, rovera
fruebatur: ille pulchrum inspiciens, omnium rerum obli-
tus, statuae instar, stetit. Sed quid singula enumeremus,
quae Daniel Heinsius noster ⁵⁾ ad Symposium spectans
tam pulchre cecinit. Praestat hos transscribere versus:

1) Apud Xenoph. Symp. IV. 19.

2) Hom. Iliad. VI. 237.

3) La Esmeralda. Act. IV. Scène II.

4) Cf. etiam Montaigne, Essais III, 12: Socrate a été un exemplaire
parfait en toutes grandes qualités. J'ai dépit qu'il eût rencontré un
corps et un visage si disgraciés, comme ils disent, et si inconvenable
à la beauté de son âme: lui si amoureux et si affolé de la beauté!
Nature lui fit injustice.

5) De Contemptu Mortis Lib. I. pag. 266 edit. Amstel. 1649.

Hanc adeo vitam, ex vero quae vita vocanda est,
 Principium leti divino prodidit ore
 Natus Aristonis

Hanc vitam in terris coelo delapsa canebat
 Phaenaretae soboles, cui nulla a stirpe relictus
 Iugera ruris erant, nulla usquam armenta per herbam
 Pascebant, nulli vertebant arva iuvenci,
 Nulla domus, nulli maiorum in limine vultus,
 Nullus honor, nulla in patriam populumque potestas.
 At supra fortunam animo processerat omnem,
 Liber et intrepidus; primaque in origine Pulchri
 Fixus, et attonito similis, dulcique furore
 Suetus humum fugere et mortales linquere curas,
 Praecipue, venturum olim praevertere secum
 Molirique animo, et paullatim addiscere letum,
 Mentem abducendo rebus, corpusque premendo
 Ingenti imperio, dum sensus sub iuga victor
 Mitteret, atque omnem rationis subderet hostem.
 Totam illum perhibent hiberno sidere lucem
 Et gelidam hiberno medioque sub aëre noctem
 Duxisse, immemorem iuxta vitaeque necisque
 Et libare dapes et inertes ducere somnos;
 Dulcibus affixum curis, animoque fruentem.
 Ac neque praecipitem pluviam, cocloque ruentem,
 Nec super excussa crepitantem grandine nimbum,
 Nec Boreae horrorem immitis sensisse nec Austri;
 Usque adeo cunctos requierat pectore sensus.
 Ipse autem, membris, et inani parte relicita
 Corporis, ignarusque sui, super ardua tecta
 Coelicolūm errabat, celsoque instabat amori,

De vius et pulchri divino percitus igni.
 Cuius ab obiectu, radios et pontus et aer
 Concipit et lato quae pendat in aëre tellus,
 Candenti quales per noctem absistere ferro
 Cernimus et crebram tenebris aspergere lucem."

Diotimae orationem audivimus, Socratis vitam vidi-
 mus. In Platonis laudem cum MURETO¹⁾ dicimus: „Tu,
 divine Plato, tu quomodo animi nostri a vitiorum sor-
 dibus purgari possint, ostendisti; tu quemadmodum ho-
 minibus adhuc in terra versantibus coelestem quodam-
 modo vitam vivere liceat, aperuisti; tu divina cum hu-
 manis, quantum quidem humano ingenio id perfici potuit,
 copulasti; tu ea tradidisti, quae nos, nos inquam ipsi,
 qui a Deo per filium adoptati et coelesti doctrina imbuti
 sumus, a te dici potuisse miramur.” De Socrate memo-
 ramus ea, quae apud Xenophonem²⁾ legimus: Τι δὲ;
 ὁ Ἰππία, ἔφη (δὲ Σωκράτης), οὐκ ἥσθησαι ὅτι ἐγώ ἂ δοκεῖ
 μοι δίκαια εἶναι οὐδὲν παύσαμι ἀποδεικνύμενος; καὶ ποῖος
 δὴ σοι, ἔφη, οὗτος δὲ λόγος ἐστίν; Εἰ δὲ μὴ λόγω, ἔφη,
 ἀλλ' ἔργῳ ἀποδεικνυμέναι. Ἡ οὖ δοκεῖ σοι ἀξιοτεκμαρτότερον
 τοῦ λόγου τὸ ἔργον εἶναι;

Nonnulla nobis adhuc monenda sunt. Videmus ex Al-
 cibiadis narratione, quo usque paederastia illa apud Graecos
 progressa sit; et licet cum Quintiliano³⁾ sentiamus, hoc
 traditum esse a Platone, ut Socratis invictam continen-
 tiā ostenderet, hanc partem narrationis non dubitamus
 appellare cum Grote:⁴⁾ „One of the boldest fictions in

1) Orat. V. pag. II. pag. 322. ed. Ruhnk.

2) Memorabilia IV. 4: 10.

3) Inst. Orat. VIII. 4.

4) l.l. II. 225.

the Greek language" etsi nesciamus, quo sensu vox *fiction* nobis hic sit accipienda. Neque dubitamus subscribere ea quae addit: Res singulae oblati officii conscriptae sunt, tanta verborum copia, ut eas lectoribus nostri temporis vertere non possimus; quin Platonis tempore necesse fuit eas excusari conditione narratoris, qui bene potus esset.

Una superest est res in Alcibiadis oratione, quae in stuporem fere nos coniicit. Laudatur in Socrate, quod bibendo omnes superaverit, neque usquam, acsi multum biberit, a quoquam ebrius visus sit. Talis laus prorsus abhorret a nostri temporis moribus. Nobis non est laus, si multi vini sumus capaces, contra est opprobrium. Non ita antiquis temporibus, in quibus proverbium „mieux vaut s'abstenir que se retenir,” nondum exstitit. Illis temporibus enim, ut ctiam ex iis patet, quae Marcus Aurelius Imperator in laudem patris scripsit,¹⁾ nihil aliud requircbatur, nisi quod quisque in summis voluptatibus compos mentis maneret. Hac laude Socratis igitur, Alcibiades nobis alteram partem et quasi absolutionem eorum dat, quae de illa nocte dixit. Tum philosophus abstinuit a voluptatibus; hic ostenditur etiam si illis indulgere interdum voluit, numquam ab iis vinci posse.²⁾

1) I, 16.

2) Conferenda sunt ea, quae Grote Plato II, pag. 227 in ann. scripsit: Sokrates is recognised as ὁντοτάτος πίνειν, above all the rest: no one can be compared with him. In the two first books of the Treatise de Legibus, we shall find much to illustrate what is here said, (in the Symposium) about the power ascribed to him of drinking more wine than any one else, without being at all affected by it. Plato discusses the subject of strong potations (*μεθη*) at great length; indeed he seems to fear that his readers will think he says too much upon it (I, 642. A).

Concludamus cum verbis Stallbaumii: 1) „Amatoris perfecti imaginem tam plene cumulateque hic descriptam videmus, nihil ut reperiatur, quod ulla ex parte desiderari queat.

Ne cui mirum videatur, nos in tota disputatione ne verbo quidem mentionem fecisse de daemonio Socratis, quod saepe quodammodo comparatur cum Amore, 2) ingenuo profitebimur, nos prorsus nescire quid nobis de daemonio illo faciendum sit. Si enim varios locos colligimus, in quibus aut Plato aut Xenophon de daemonio loquitur, alias alia de eo sentire propensi sumus. Neque si praeterea diversas daemonii explicationes, variis temporibus datas, conferimus, multum proficiimus.

He considers it of great advantage to have a test to apply, such as wine, for the purpose of measuring the reason and self-command of different men, and of determining how much wine is sufficient to overthrow it, in each different case. (I. 649 C—E). You can make this trial (he argues) in each case, without any danger or harm; and you can thus escape the necessity of making the trial in a real case of emergency. Plato insists upon the *χρεῖα τῆς μέθης*, as a genuine test, to be seriously employed for the purpose of testing men's reason and force of character (II. 673). In the Republic too (III, 418 E.) the *φύλακες* are required to be tested, in regard to their capacity of resisting pleasurable temptation, as well as pain and danger." — His lectis, loci citati e Platone ipsi legendi sunt, et praeterea Leg. II. 674. a et b, et fortasse judicium quodammodo mutabitur.

1) Proleg. ad Symp. pag. 24.

2) Fortlagius l.l. pag. 171 sq. scripsit: „Der Dämon, welcher Sokrates dann und wann besuchte und seinem Gemüthe nie Ruhe liess, nach unerreichbarem Ziele zu streben, welcher seinem Herzen die Ruhe geraubt hatte, und es nun umhertrieb zwischen Seligkeit und Schmerzen etc... dieser Dämon was von dem hier (in Diotimae fabula) geschilderten Dämon Eros nicht sehr verschieden. Et hic locus a Jahnio l.l. 195. laudatur, ut egregie et perquam accommodate dictus.

Iam antiquis temporibus de hoc Daemonio disputatum est. Plutarchus, Maximus Tyrius et L. Apuleius existimabant, Socrati fuisse per totam vitam genium, qui cum direxerit et inspiraverit. Inter recentiores Lélut,¹⁾ physiologus non obscurus, aperte contendit, Socratem tentatum fuisse monomania. Socrates, secundum Lélut, magnus fuit emendator, (réformateur), apostolus, τύπος integrimae virtutis, sed simul etiam alucinator et fanaticus. Alii contenterunt daemonium illud, nihil aliud fuisse nisi vox scientiae; alii id interpretati sunt, quod germanice dicitur *Practischer Sinn*. Aubé²⁾ dicit: „Socrate avait en lui je ne sais quoi de mystique et d'exalté et en même temps un grain de superstition. Il se croyait inspiré, guidé, éclairé par quelque esprit surnaturel et distinct de sa conscience, possédé à la façon de ces prophètes et de ces poètes divins, dont Platon parle dans Ion, et qui profèrent de sublimes accents, dont ils ne sont que les échos; et dein comparat illud daemonium cum *vociibus* Jeanne d'Arc, *stella* Napoleontis et cum *viso* (la vision) Pascalis, et hisce verbis quaestionem dimittit: „Nous maintenons que Socrate crut à la réalité d'un esprit, qui l'inspirait, et cela nous suffit à dire, qu'il joignait au bon sens le plus firme un certain enthousiasme mystique.

VOLQUARDSEN,³⁾ postremus qui de daemonio egit, quid hoc daemonium sit, ex Memorabilibus Xenophontis et e

1) Du Démon de Socrate.

2) la Biogr. Genér. Didot. sub voce Socr.

3) In opusculo inscripto: Das Dämonium des Sokrates und seine Interpreten.

Platonis Apologia evolvere conatus est. In primis ex Apologia, quia in hoc opusculo, Socratis ipsius sententiam et verba, non a discipulis ornata inveniamus; in Memorabilibus autem magna sit adhibenda consideratio, quum non raro discipulus, ex opinione sua, magistri verba et facta explicaverit, et idcirco interdum verba, quae in hac quaestione magni essent momenti, non magistri sed a discipulo addita credenda sint. Ex disputatione viri doctissimi sequitur: Socratem credidisse, se voce summi Dci (des wirklichen Allgotts) interdum deterreri a quibusdam factis, atque ipsum hanc Dei vocem designasse nomine *daemonii*. Ipse Socrates accurate distinxit res, in quibus ingenii humani notio, prudentia, ratio, tam practica quam theoretica, fontes sunt consiliorum et sententiarum, ab illis casibus, in quibus daemonium eum hortatum esset. — Ex tot opinionibus unam eligere, quam accipias, non est facile. Ut enim iure facias, vel centies tibi, non Platonis modo sed etiam Xenophon-tis opera repetenda essent, et hoc facto profeceris?

CONCLUSIO.

Ad finem propositi nostri pervenimus. Proposuimus Platonis de Amore doctrinam; ostendimus pro viribus nostris, Amorem illum nihil esse aliud nisi philosophia, aut potius desiderium pulchri ac boni, quod occupat animum; et concludimus virum, qui merus esset philosophus, non ita de hac re acturum fuisse. Eiusmodi vir enim distinctius, si vis, rem definivisset, de qua locuturus esset, subtilius disputasset, atque alio modo quam noster, summam disputationis lectoribus ante oculos posuisset; aliis verbis, magis orationi solatae congruis, quod proprium est cuiusque disciplinae perfectae s. exactae i. e. accuratius loquutus esset, ac de rebus dubiis, si quae exsisterent, ut hic de conditione animi ante eius introitum in corpus, aut tacuisset, aut sane dubitationes quac essent, exposuisset. — Noster, ut paucis verbis contrahamus quae dicere volumus, de vero ac bono quum egit, verbo *pulchri* usus est. Varios gradus progressus humani animi vividis imaginibus depinxit, diversas passiones plastice exposuit, ac fundamentum totius philoso-

phiae (ita enim doctrinam de Amore et animo appellamus) non modo, neque praecipue disputatione, sed ctiam et praesertim in vita, fortasse maius elati, magistri agentem proposuit. — Quae autem causa sit huius ab recepto more recendentis agendi rationis non difficile est dictu. Est enim indoles poetica. Iam supra nonnulla de poesi diximus. Pauca sumus additura, ut clariss eluceant ea quae sentimus. Poesis propria est prolix peculiaris animi facultatis, ex elegantia et veritate tanquam e radicibus natae, vivida imaginatione ut famula, et humana lingua numerosa atque significantissima ut instrumento utentis. — Animus tangitur, excandescit adspectu aut notione cuiusdam rei, eam amplectitur Amore incubanti fertilique, et in dies magis gavisa penitus ea penetratur. Imaginatio expergiscitur, rem in splendidissima ponit luce, circumlocat omnia, quae eiusdem aut propinquae sunt naturae, aut contraria apponit, ut inde, quae propria peculiariaque habcat, magis eluceant. — Linguac thesauri viresque affluunt, efficiuntque ut eorum, quae senseris et adspexeris, alios quoque, quod iam ab initio cupivisti, participes facere possis, immo ut haec communicatio tibi fiat voluptas.¹⁾

Nonne omnia, quae a poeta ipso in hac suae artis definitione enumerantur, inveniuntur apud Platonem. Si quis, sane ille donatus erat elegantia ac veritate (gevoel voor 't schoone en ware). Imaginatio, ut ex omnibus dialogis, in primis autem e Symposio patet, sane illi non denegata fuit; et linguam, ut artifex summus instrumenta, tanta rexit atque flexit solertia, ut non facile

1) Beets, Verpoozingen op Letterkundig gebied. I, pag. 262 en 63.

quem invenias, grammaticis fortasse exceptis, qui Aristophani et Xenophonti palmam Attici tradent, qui ullum scriptorum Platoni sit praelaturus. Praeterea Plato non modo boni ac veri Amore, sed etiam pietate erga magistrum correptus fuit (licet pietas illa quodammodo cum Amore illo concidat, quippe a magistro etiam si nihil essent nisi rudimenta, rudimenta tamen illa doctrinae acceperit), itaque si fieri possit, duplex inde poeta exsistere debuit.

Sed nolumus longius progredi hac in re. Aut operi impares fuimus quod suscepimus, itaque operam perdidimus, aut iam satis ex superioribus patet, Platonem satisfecisse omnibus legibus conditionibusque, quae a Lessingio, Schillero, Vinetio, Beetsio, ut neque veteres neque alios commemoremus, poetis positae sunt.

Una nobis quaestio restat. Si quis, propter illa quae supra enumeravimus, nostro, quia non egit secundum leges, quas ponere solemus philosophis, nomen illud clarissimum, philosophum, abnegare velit, nostra fiat pace, sed non eius vestigia prememus; quum hoc teneamus, *genium* (genie) qui appellatur, non obedire legibus, vel a sapientissimis doctissimisque viris factis, sed sibi ipsum esse legem, atque etiam hac re genialitatem (venia sit verbo) suam probare. Hoc tantum ab illo viro poscimus, ut sibi constans sit, et ut, e multis unum tantum seligimus exemplum, ut Shakspaerio, viro quam clarissimo ac paene divino, abneget artem dramaticam, quia non satisficerit legibus huic arti praescriptis, quia, quod etiam maioris est momenti, non bene distinxerit inter tragoidiam et comoediam, et ausus sit dramata conscri-

bere, in quibus Johnson auctore¹⁾ et id quod tragoeiae et id quod comoediae est proprium invenitur. Sin abhorreat ab hac conclusione, eadem liberalitate utatur ubique, et Platonem in illo ordine ponat, qui eius meritis est debitus.²⁾ Nos concludimus cum verbis Goethii, quae nostra fecimus disputatione ineunte:

„Plato verhält sich zu der Welt, wie ein seliger Geist, dem es beliebt, einige Zeit auf ihr zu herbergen. Es ist ihm nicht sowohl darum zu thun, sic kennen zu lernen, weil er sie schon voraussetzt, als ihr dasjenige, was er mitbringt und ihr so noth thut, freundlich mitzutheilen. Er dringt in die Tiefen, mehr um sie mit seinem Wesen anzufüllen, als um sie zu erforschen. Er bewegt sich nach der Höhe, mit Sehnsucht seines Ursprungs wieder theilhaft zu werden. Alles was er äussert bezieht sich auf ein ewig Ganzes, Gutes, Wahres, Schönes, dessen Forderung er in jedem Busen aufzuregen strebt. Was er sich im Einschnen von irdischem Wissen zueignet, schmilzt, ja man kann sagen, verdampft in seiner Methode, in seinem Vortrag.“

et rogamus, num etiam in his scribendis Germanus ille poeta et philosophus, de Platonis doctrina de Amore, de eius indole poetica et philosophica cogitaverit?

1) Vide huius scriptoris Shakspeare.

2) Cf. et Wolfium I. l. Einleitung pag. XXIX.

legum tempore et ratione ad hanc suam sententiam. Et hoc est
quod dicitur deus et non homo. Quod dicitur deus. Non homo. Non
est enim deus nisi ratione et legem habens. Non est homo nisi ratione
et legem habens. Quod dicitur deus. Non homo. Non est enim deus
nisi ratione et legem habens. Non est homo nisi ratione et legem
habens. Non est enim deus nisi ratione et legem habens. Non est
homo nisi ratione et legem habens.

CORRIGENDA.

- | | |
|------------------------|--------------------|
| Pag. 5 lin. 11 Wolff | <i>lege</i> Wolff. |
| ” 32 ” 9 hane aliaceye | ” huic alive. |
| ” 102 ” 9 propiae | ” aptae |

Reliqua menda corrigat lector benevolus.

T H E S S.

I.

Oratio Lysiae, quae occurrit in Phaedro, ab ipso oratore Lysia scripta est, non a Platone facta.

II.

Eros ab Eryximacho laudatus est Amor Pythagoreus, ille fluens rhythmus rerum contrariarum, quae in natura inveniuntur.

III.

Licet poesis sit fictio, in ea necessario summa veritas inest.

IV.

Recte Ueberweg (Untersuchungen über die Echtheit u. Zeitfolge Platonischer Schriften pag. 177), Ideam Platonica^m explicat: *das objective Correlat des subjectiven Begriff^s.*

V.

Socrates, quum studium philosophiae nomine Amoris pulchri nuncupavit, hoc ipso ostendit, humanum se et naturam et temporis rationem bene perspexisse.

VI.

Educatio et institutio puerorum separari non possunt.

VII.

In institutione, methodus quae dicitur Socratica, optima est.

VIII.

Nobis sunt litterae, quae dicuntur patriac; Romanis non fuerunt.

IX.

Disputatio, quae legitur in *Cornhill-Magazine*, mense Iulio 1863, pag. 113 sqq. inscripta „Was Nero a Monster?” et, Francice versa, exstat in *Revue Britannique*, mense Octobri 1864, parvi, ne dicam, nullius est momenti.

X.

Octavianus potestatem suam, tum rebus a Caesare gestis et adoptioni, tum conditioni temporis, non vero sibi ipsi, neque suis ingenii dotibus debuit.

XI.

Populi in legendis senatoribus nullae fuerunt partes.

XII.

Quac Festus tradit 177 ed. Mull. de *Centuria N quis scivit*, fide sunt indigna.

XIII.

In verbis Livii 40. 42¹¹ „qui secundo loco inaugura-
tus erat,” pro *inauguratus*, legendum est *nominatus*.

XIV.

In Ciceronis Philipp. 2 : 33 , 82 alterum *renuntiatur*
delendum est.

XV.

Recte Ueberweg (l. l. pag. 18), contendit Schleier-
macherum locum Platonicum Phaedr. 277, E—278 A
'Ο δέ γε ἐν μὲν τῷ γεγραμμένῳ λόγῳ περὶ ἑκάστου παι-
διάν τε ἥγονύμενος πολλὴν ἀναγκαῖον εἶναι, καὶ οὐδένα πώ-
ποτε λόγου ἐν μέτρῳ οὐδὲ ἄνευ μέτρου μεγάλης ἀξίου σπου-
δῆς γραφῆναι, οὐδὲ λεζθῆναι ὡς οἱ (ὅσοι conj. Schleierm.
assentiente Weindorf) ρωφρούμενοι ἄνευ ἀνακρίσεως καὶ
διδαχῆς πειθοῦς ἔνεκα ἐλέχθηται, ἀλλὰ τῷ δύντι αὐτῶν τοὺς
βελτίστους εἰδότων ὑπόμνησιν γεγονέναι, ἐν δὲ τοῖς διδα-
σκομένοις καὶ μαθήσεως χάριν λεγομένοις καὶ τῷ δύντι γρα-
Φομένοις ἐν ψυχῇ περὶ δικιῶν τε καὶ κακῶν καὶ ἀγαθῶν
ἐν μόνοις ἥγονύμενος [τούτοις] τὸ τε ἐναργὲς εἶναι καὶ τέλεον
καὶ ἀξίου σπουδῆς π. τ. λ. male vertisse: „Wer aber weiss,
dass in einer geschriebenen Rede über jeden Gegenstand vieles nothwendig nur Spiel sein muss, und dass keine
Rede, sei sie nun in gemessenen oder ungemessenen Silben
gesprochen oder geschrieben, sehr ernsthaft zu nehmen

sei, unter allen, welche ohne tiefere Untersuchung und Belehrung nur des Ueberredens wegen zusammengearbeitet und gesprochen worden, sondern in der That auch die besten unter ihnen nur zur Erinnerung gedient haben für den schon Unterrichteten; in denen hingegen, welche gelehrt und des Lehrens wegen gesprochen oder wirklich in die Seele hineingeschrieben worden, vom Gerechten, Schönen und Guten, in diesen allein etwas Wirksames sei und Vollkommenes und der Anstrengung Würdiges".

XVI.

Aristoteles in Platonis verbis referendis non temere utitur tempore praesente et praeterito.

XVII.

Quae Aristoteles dicit de τρίτῳ ἀνθρώπῳ Platonis, philosopho sunt indigna.

XVIII.

In Platonis Rep. II. 382 D. Ποιητὴς μὲν ἄρα ψευδῆς εὐ θεῷ οὐκ ἔνι pro ποιητὴς lege ταύτη.

XIX.

Errant, qui Socratis daemonium explicant *Practischen Verstand.*